
SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII

DE PHILOSOPHORUM VETERUM

QUAE AD EXILIUM SPECTANT SENTENTIIS.

SCRIPSIT

ALFREDUS GIESECKE.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

L. M. R.

PROAVI CARISSUMI

B. G. TEUBNERI

PIIS MANIBUS

SACRUM.

Tabula argumenti.

Caput I.

De Teletis π. φυγῆς sermone.

Caput II.

De Plutarchi et Musonii communibus fontibus.

Caput III.

De Plutarchi fontibus peculiaribus.

Caput IV.

De reliquis consolationibus.

Caput V.

Aristonea.

His proximis annis cum in ipsa patria nostra in disquisitionem veniret, liceretne omnino removere e patria eos qui id agerent infesti reipublicae animi, ut eam everterent, plerique id fieri posse negaverunt; etiam qui affirmarent nunquam simul non addiderunt, grave esse illud remedium atque gravibus tantum temporibus adhibendum. Qualem humanitatem ut veteres amplexi sint tantum abest, ut Athenienses patriam relinquere vel alterum duorum virorum iusserint, qui diversa de republica sentirent, quamvis eis persuasum fuerit, illum per se virum iustum atque probum esse. Atqui antiquis temporibus quanto maiora incommoda afferre solebat talis e patria discessus quovis nomine significatus, sive φυγῆς sive ὀστρακισμοῦ, sive *exilii* sive *relegationis*, quam nostra aetate afferret![1]) Idem enim quod apud nos hominis nomen civis nomen apud veteres valebat, atque cum universus orbis terrarum unam efficeret rempublicam, nova veteris poenae forma excogitabatur, ut iam non e certo loco excluderentur, sed in certo loco includerentur exules. Quid igitur mirum, quod Cicerones et Ovidios querentes atque lamentantes videmus? Paulo enim infirmioris ingenii homines quin exilio profligarentur, fieri non poterat: id quod de his temporum favore non sine ipsorum incommodo certo scimus, de aliis multis conicere licet.

Quae cum ita essent, nonne eius philosophiae erat, quae praeter ceteras atque solum id ageret ut homines a fortunae calamitatibus tutos redderet, etiam ab exilio atque exilii incommodis defendere? Neque enim ut aliquid efficerent Cynicos duplex res deficiebat, qua ei opus erat, qui consolaturus erat exulem. Nam primum eis persuasum erat, patriam hominis non unum alterumve oppidum esse, sed quovis loco in patria

1) O. Muelleri extat *brevis disputatio, in qua Graecorum et Romanorum de exilii poena sententia explicatur,* in progr. prorect. Goett. 1838.

eum versari; deinde eis praeter ceteros talis loquendi facultas erat, ut homines sermone regerent atque erigerent, ne iacerent dolori indulgentes, sed ut rebus adversis obsistentes surgerent: ac profecto tali viro opus erat magis etiam exuli quam — ut exemplum afferam — morte propinqui profligato, cui magis ferenda calamitas quam utendum erat fortuna. Exemplum habes Cratetis. Qui cum Metrodorus, Theophrasti tum discipulus, aliquid nimis aegre ferret atque *ὑπ' ἀθυμίας οἴκοι κατάκλειστος* esset, ad eum adiit atque ei persuasit *διὰ τῶν λόγων, μηδὲν φαῦλον πεποιηκέναι* eum (Laert. Diog. VI, 94). Idem primus de exilio consolatus esse narratur (Plut. *quom. adul. ab am. internosc.* c. 28 p. 69 C; cf. Weber *de Dione Chrysostomo Cynicorum sectatore* in *Leipz. stud.* X p. 261). Eiectus enim in exilium Demetrius Phalereus cum Thebas venisset, primum reformidabat Cratetis *κυνικὴν παρρησίαν* atque *λόγους τραχεῖς*, postea *ἡδίων γενόμενος καὶ ἀναθαρρήσας* abiit, cum Cynicus comiter de exilio cum eo collocutus esset. Cynicos ut in aliis rebus Stoici secuti sunt, cum imperatorum aetate simili vitae atque morum condicione, atque hellenismi qui vocatur temporibus, e doctrinae alto fastigio ad vitam cotidianam atque usum descenderent. Utrique igitur aetati debentur libelli ei qui exulem ut consolarentur conscripti aetatem tulerunt, alii intacti, alii in epitomam contracti. Epigonorum enim temporibus Teles sermonem *περὶ φυγῆς* composuit, qui quamvis excerptus a Theodoro nescio quo in Stobaei florilegio (40, 8) servatur, quem nuper cum ceteris Teletis reliquiis edidit Hense (Friburgi 1889 p. 14 sqq.). Imperatorum aetate Romanorum de exilio egerunt Musonius — servatur a Stobaeo l. c. 9 caput inscriptum *Μουσωνίου ἐκ τοῦ ὅτι οὐ κακὸν ἡ φυγή* — et Plutarchus libello qui *περὶ φυγῆς* inscribitur graece, latine Seneca qui dialogum XII. scripsit *ad Helviam matrem de consolatione,* ut eam de suo ipsius exilio consolaretur.

Quibus cum praesertim in instituenda quaestione nobis utendum est, tum ea adhibenda erunt quae hic illic in aliis philosophorum scriptis latent. Ut enim in omnibus artibus liberalibus veterum alius in alio fundamentum ponebat, ita de consolationibus hoc expresse confirmatur Ciceronis illis verbis (Tusc. disp. III, 34, 81): *sunt enim certa quae de pauper-*

tate, certa quae de vita inhonorata et ingloria dici soleant; separatim certae scholae sunt de ***exilio****, de interitu patriae. . . Haec Graeci in scholas et in singulos libros dispertiunt.* Quamquam minime in eo acquiescebant, ut idem iterum iterumque ruminarent: pro suo quisque ingenio tradita retractabat atque suae quisque indoli adaequabat. Quare non sine aliquo fructu atque cum quadam voluptate nos in quaestione proposita versaturos esse spero, quaenam sint *certa* illa, et unde originem duxerint et quomodo propagata sint singula atque quomodo novata. Quam rem cum facillime tum elegantissime ita expediemus, ut primum earum de exilio commentationum quae servatae sunt vetustissimam perlustremus et in fontes eius inquirentes et singula per posterioris aetatis scriptores persequentes, deinde ea quae hac via cognoscere non potuerimus, ita assequi studeamus, ut a recentioribus scriptis ascendamus ad vetustiora.

Caput I.

De Teletis περὶ φυγῆς sermone.

Iam igitur accedamus ad Teletis περὶ φυγῆς sermonem et quaeramus quibus auctoribus in eo componendo usus sit.

I. Primo epitomae enuntiato comprehenduntur quae priore disputationis parte inter adversarium atque Teletem disserta erant, scilicet nos haud ἀλογιστοτέρους exilio fieri (p. 14, 2—5 cf. Hense in adn. crit.); tum Stilpone ut videtur auctore (p. 14, 7) exponit Teles, exilium nobis nullum bonorum neque *τῶν περὶ ⟨τὴν⟩ ψυχὴν ἢ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἢ τῶν ἐκτός* auferre (p. 14, 8 sqq.): iam vero quaestio existit quamnam per partem commentationis Teles Stilponem secutus sit, cum viri docti nondum certam de hac re sententiam protulerint. Zeller enim (*d. phil. d. Gr.* II, 1 p. 235 adn. 2) hoc accurate significari posse negat; Wilamowitz, qui *philol. unters.* IV de Telete egit, rem quidem attingit, sed in incerto relinquit, minime satisfacit ei qui certa expectaverit (p. 305 sq.). Hense nihil adnotat ad hunc locum nisi quod dicit in prolegg. (p. XL), Teletem inde a verbis *οὐκ ἄρχουσι, φασίν, οὐ πιστεύονται* p. 15, 16 multa de suis interponere. Neque qui nuperrime

1*

in universum de harum Teletis reliquiarum condicione dixit, Diels (*deutsche litt.-ztg.* 1890 n. 32) maiore confidentia fuisse videtur cum scripserit haec: „In der epitome geht alles durcheinander. Was Stilpon, was Teles spricht, ist öfters unentwirrbar zusammengeknäult; aus den verschiedenen capiteln ist passendes und nicht passendes material eingeschoben worden."[1]) Ac tamen puto, certius de hac quaestione iudicari posse, dummodo penitus in orationis contextum insinuemus, atque veram textus formam restituamus.

Agitur enim de p. 15, 16 ubi alii codd. (*SA*) *φησιν* exhibent, alii (*LM*) *φασιν*.[2]) Wilamowitz, quid de hoc loco sentiat, non dicit[3]); Hense *φασίν* scribit, cum putet, „Stilponem subaudiri vetare verba proxima", quae quidem quin Teletis ipsius sint dubitari nequit — exempla quae afferuntur inde a verbis *Λυκῖνος ἐκεῖνος* Teletis esse temporum ratione computata demonstravit Wilamowitz (l. c. p. 306); ea autem quae his antecedunt (p. 15, 17—19) arte cohaerere cum sequentibus vel ex eo apparet, quod eadem repetuntur verba: *φρουροῦσι* 15, 17 — *ἐφρούρει* 15, 19; *ἔθνη πιστεύονται* 15, 18 — *πιστευόμενος παρ' Ἀντιγόνῳ* 16, 1; verbis *καὶ δωρεὰς μεγάλας καὶ συντάξεις*

1) Ceterum neque in reliquis iudicium viri doctissimi prorsus amplecti possum. Quamquam enim recte mihi adnotare videtur: „Es ist also klar und eine eingehende analyse wird es durchweg bestätigen, dass wir nicht Teles, sondern den epitomator zunächst verantwortlich zu machen haben für den jammervoll zerrütteten zustand dieser excerpte", tamen paulo mitius de Telete iudicasse mihi videtur cum dicat: „In dem originalwerk des Teles waren offenbar die benutzten autoren (es sind namentlich Bion und Stilpon) stets deutlich citiert und sorgfältig geschieden." Cum enim inter ipsum sententiarum nexum quae ex alio fonte petita sint videamus inserta esse, velut p. 16, 13 (cf. p. 7), vix verisimile esse videtur haec ab epitomatore demum inter se conexa esse, apud Teletem plane separata extitisse; neque enim solet epitomator de industria sententiarum ordinem immutare, sed sententias contrahere, ut e. g. in nostris p. 12, 4. 7. (cf. p. 17).

2) Cf. p. 3, 13 ubi *M φησὶ*, *A φασὶ*.

3) P. 306 „wie hier ist *φησί* dann noch weiter gesetzt und zwar gerade 66,3 unweit des phrurarchen Lykinos. Gilt etwa die historische anspielung und das local Megara der megarischen quelle des Teles?" quae cum neget in sequentibus plane nescire me fateor quid tandem censeat vir doctus.

λαμβάνουσι respondent *χρημάτων τοσοῦτον πιστευόμενος* 16, 7. Hense igitur *φασίν* explicat sic: „adfertur opinio vulgaris, fortasse ut adversarii sint verba (cf. p. 16, 8)“. Sed cum Teles ut opinionem vulgarem significet utatur verbo *φασίν* cum acc. c. inf. coniuncto (cf. ind. edit. Hens. s. v. *φημί*), ut adversarium respondentem inducat omnino non inserat verbum dicendi, ipsa Teletei sermonis consuetudo flagitat, ut *φησίν* reponamus. Fuerunt igitur in fonte Teletis haec: „*οὐκ ἄρχουσι, οὐ πιστεύονται, οὐ παρρησίαν ἔχουσι;*“ nempe e sententia eius dicta qui defenderet exilium. Neque enim vetant verba proxima haec sic scribi et sic explicari, id quod Hense arbitratur, cum nullo modo cum enuntiato illo cohaereant: nam si cohaererent nonne illud refellere deberent? — At revera illi *πιστεύονται* respondet alterum *πιστεύονται*, *ἄρχουσι* verbo *φρουροῦσι* excipitur. — Audio, sed ubi quaeso de *παρρησίᾳ* Teles vel unum facit verbum? — At si exempla illa Lycini atque Glauconis Hippomedontis atque Chremonidis non pertinent ad ea quae antecedunt, quid tandem sibi volunt? — Nimirum idem Teles eis demonstrare vult, quod exemplis Phoenicis Themistoclisque supra allatis (p. 15, 7) demonstratur, scilicet exilium nobis non solum non auferre *τὰ ἐκτός*, sed etiam multis ea augere (p. 15, 5), id quod ipsis verbis *ἵνα μὴ τὰ παλαιά σοι λέγω* (p. 16, 5) expresse significatur. Leguntur igitur nunc exempla ista non suo loco: nam verbis *ποίων οὖν ἀγαθῶν ἡ φυγὴ στερίσκει*, quae quin verbis illis *τίνων ἡ φυγὴ ⟨ἢ⟩ ποίων ἀγαθῶν στερίσκει* (p. 14, 8) respondeant dubitari non potest, omnis illa de tribus bonis — corporis, animi, externis — disputatio finitur. Quin etiam in hac parte sui temporis exempla allaturus esse videtur Teles, cum enarrato Themistoclis exemplo adiecta sint verba *νῦν δὲ πολλὴ τῶν τοιούτων ἀφθονία*, ut coniciat quispiam, apud eum quem per hanc partem secutus sit Teles auctorem antiqua illa subinde secuta esse suae aetatis exempla, Teletem vero consulto ea omisisse ab ipsius aequalibus rursus exempla petiturum. Quamquam locus ille (inde a *Λυκῖνος ἐκεῖνος* usque ad *ὡς βούλοιτο χρῆσθαι* 15, 19—16, 8) non transponendus est: epitomatori enim tribuenda est haec perturbatio atque critici in Teletis reliquiis versantis est, epitomam, non ipsos sermones restituere, quamquam quomodo recte haec disponenda fuerint minime

dubium esse potest. Eadem est condicio loci cuiusdam qui paulo infra legitur p. 17, 10 sqq.; ubi postquam iam nova sententiarum series incohata est (*οὔκουν ἀκλήρημά τι καὶ ὄνειδος ἐμόν, εἰ μὴ μετὰ πονηρῶν οἰκήσω*), subito inseritur enuntiatum quod ad sententiam modo finitam (*οὕτω καὶ δεῦρο ἄβατον ἡγησάμενος τὴν ἰδίαν μεταβὰς ἀλλαχοῦ κατοικῶ*) pertinet (*δύναμαι δὲ μεταβὰς ὥσπερ ἐξ ἑτέρας νεὼς εἰς ἑτέραν ὁμοίως εὐπλοεῖν, οὕτως ἐξ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ὁμοίως εὐδαιμονεῖν*). Neque igitur hic locus cum Wachsmuthio et Buechelero corrigendus est.

Ut iam redeamus ad eam quam instituimus quaestionem, nihil plane refert, utrum Teletis vel posterioris aetatis quadam manu ordo ille sententiarum constitutus sit, qualis nunc extat: primus huius partis status is erat, ut verba *οὐκ ἄρχουσι, οὐ πιστεύονται, οὐ παρρησίαν ἔχουσιν*; a verbis *ἀλλ' ἔν γε τῇ ἰδίᾳ οὐκ ἄρχουσιν οἱ φυγάδες* p. 16, 8 exciperentur. Quae si mihi concedis — neque te contra dicere posse arbitror — iam efficitur etiam ea quae sequuntur e fonte quodam fluxisse, qui voce *φησί* a Telete significetur: hoc vero *φησί* idem est atque illud p. 14, 7 et p. 18, 4, quem ad locum recte iam Hense adnotavit, quamvis dubitanter: „fortasse ipse Teles auctore aliquo usus est cuius nomen intercidit" cl. p. 26, 13 (ubi eodem modo adversario Teles respondet auctoris verba adferens). Quod enim Weber l. c. p. 213 adn. epitomatori voculam illam tribuere voluit, qui Teletis verba ea notavisset, propterea non assentior, quia huius rei cum nullum exemplum per has reliquias invenitur, tum omnino haud recte Weber sibi finxit, quomodo Teles hosce sermones conscripserit. Immo non dubium esse potest cum p. 14, 7 Stilpo voce *φησί* significatus sit, quin ex more Teletis p. 15, 16 et p. 18, 4 idem Stilpo ea significetur: eodem enim modo in initio commentationis *περὶ αὐταρκείας* inscriptae Bio, cuius nomen semel legitur (p. 3, 4), bis illa vocula excipitur (3, 9 et 13).[1]) Ut igitur sequentibus quoque Stilponea subsunt, ita statim denuo deprendimus Teletem qui de suo aliquid inserat haud ita multum de sententiarum nexu curans. Verba

1) Eodem modo utitur Teles illo verbo (i. e. ita ut sine nomine auctoris interponatur inter orationem perpetuam) p. 4, 2, ubi Bio excipitur v. 1, p. 10, 16, ubi v. 14 laudatus. Praeterea ita invenitur, ut in narratiunculis verba personae cuiusdam inducat.

enim σὺ πολλῶν [ἢ ὀλίγων] καὶ ἡβώντων βασιλεύεις, ἐγὼ δὲ ὀλίγων καὶ ἀνήβων παιδαγωγὸς γενόμενος, καὶ τὸ τελευταῖον ἐμαυτοῦ, quae ex Bioneis confecta esse recte Hense cognovit cl. p. 3, 8 (cf. prolegg. p. XL), ut arte cum antecedentibus et sequentibus coniuncta sint tantum abest ut paene discindant sententiarum nexum.[1]) Modo facias periculum atque legas: τί δὲ καὶ διαφέρει ἄρχειν ἢ ἰδιωτεύειν; .. τῇ γὰρ αὐτῇ ἐμπειρίᾳ χειρούμενον καὶ τοὺς πολλοὺς καὶ τὸν ἕνα e. q. s.

Neque alio ex fonte fluxerunt ea quae sequuntur inde a verbis ἀλλ' οὐδὲ ἐξουσίαν ἕξεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν (p. 17, 3): eadem enim orationis figura usus opponit sua adversarius, eadem usus sua respondet Teles (οὐδὲ γὰρ αἱ γυναῖκες οἰκοι μένουσαι — οὐδὲ γὰρ νῦν εἰς τὸ Θεσμοφόριον ἐξουσίαν ἔχω) utroque loco primum exemplis refellitur adversarius -- quin etiam γυναῖκες bis leguntur[2]) (16, 9 et 17, 4) —, neque quae et hic et illic sequuntur sibi non respondent (εἰ δ' ὠδύνῶντο 15, 11 — ἀλλ' εἰ ἐπὶ τούτῳ ἄχθοιτό τις 17, 5) neque extrema utriusque loci (τῇ γὰρ αὐτῇ ἐμπειρίᾳ .. καὶ τῇ ἀρχῇ καλῶς καὶ τῇ ἰδιωτείᾳ ἔστι χρῆσθαι — ἀπελθὼν εἰς τὸ βαλανεῖον ἠλειψάμην τῇ αὐτῇ παλαιστρικῇ χρώμενος ᾗ καὶ πρὸ τοῦ ἐν τῷ γυμνασίῳ).[3])

1) Stilponea igitur et Bionea hic ab ipso Telete inter se conexa esse puto, quamquam fortasse concedendum erit, artius haec inter se conglutinasse compluribus verbis Teletem, rursus discidisse Theodorum his ipsis ut solet epitomator omissis.

2) Illud οὐδὲ τὰ μειράκια ταυτί p. 16, 10 libenter cum Wilamowitzio Teleti cedamus. — Ceterum simili argumento utitur Philippus rex in Apophth. Vindob. ed. Wachsm. n. 125 qui cum dixisset aliquis, ὅτι Ἀθηναῖοι αὐτὸν μισοῦσιν, εἶπε· καὶ γὰρ αἱ ἐν Μακεδονίᾳ γυναῖκες.

3) Haud igitur recte Hense (prolegg. p. XXVI) haec „loco non aptissimo" inserta esse censet, neque cur „fontis eiusdem ex scatebris" haec fluxisse putet equidem scio atque quae de Metrocle narrantur p. 30, 14; unum enim ob verbum haec inter se similia esse dicat quispiam, nempe βαλανεῖον: reliqua cum omnino quam maxime inter se differunt, tum ipse sensus. Nam hoc loco exponitur plane nihil referre, ubi exerceas τὴν αὐτὴν παλαιστρικήν, illo enarratur, quam parvis -- ne dicam nimio parvis — contentus vixerit Cynicus ille, qui corpus γλοιῷ (cf. Schol. Aristoph. Nub. 448) unguebat, ut Romae similiter olivo *„fraudatis immundus Natta lucernis"* (Hor. Sat. I, 6, 124). Neque haec neque ea quae sequuntur verba (οὕτω καὶ δεῦρο ἄβατον ἡγησάμενος τὴν ἰδίαν

Iam sequitur in edit. Héns. enuntiatum illud quod supra attuleram, cum perversum sententiarum ordinem epitomatori tribuendum esse exponerem; adde quod omnino haec sententia cum ceteris non arte cohaerere videtur — ne tum quidem si cum Buechelero et Wachsmuthio eam illuc transponimus, quo per ipsam rationem transponenda esset. Dubium igitur esse non potest, quin haec ab ipso Telete inserta sint, fortasse ex Bioneis consuta, ut Hense prolegg. p. XXX coniecit. Inde autem a verbis *οὔκουν ἀκλήρημά τι καὶ ὄνειδος ἐμόν* Stilponem auctorem Teletis esse ex eo efficitur, quod verba *τί οὖν; ὑπὸ χειρόνων φυγαδεύεσθαι οὐ παροινία;* (p. 18, 3) e. q. s. e Stilpone hausta esse ipsa illa vocula *φησί* indicatur: atqui illud *ὑπὸ χειρόνων φυγαδεύεσθαι* tum demum iure dici potest cum eos qui expellant malos esse (*πονηροί* p. 17, 13), eum qui eiciatur bonum (*ἐπιεικὴς καὶ δίκαιος* p. 17, 14) demonstratum est.

Cohaerent igitur omnia inde a p. 17, 12 usque ad p. 18, 7 inter se; dubium fortasse sit, utrum narratiuncula illa de Philemone iam in fonte Teletis extiterit an ab ipso inserta sit: neque enim necessaria est ad efficiendum rectum sententiarum nexum neque eum ita interrumpit sicuti ea quae a Telete interposita esse supra cognovimus. Illud tamen verius esse puto propterea quod formam huius narratiunculae simillimam dixerim eius quae paulo infra de exule Atheniensi e Stilpone — ut suo loco demonstrabitur — sumpta affertur, ad quam iam Hense recte adnotavit: „huius consimiliter formatum est illud Philemonis“ (prolegg. p. XLVI). Neque enim illud *οὐκ ἀηδῶς* ita usurpatum aliis locis invenitur apud Teletem, cum ceteroquin non narratiunculis antecedat, sed locis e libris cum poetarum tum scriptorum pedestrium depromptis (8, 5; 26, 3; 27, 12; 31, 8; 33, 2; 41, 2). Haud secus exemplum quod sequitur medici atque pharmacopolae arte cum tota hac disputatione cohaeret. Respondet enim eo Teles ad eadem adversarii verba ad quae etiam antecedentibus, nimirum ignominiam esse exilium in quod a peioribus

---

μεταβὰς ἀλλαχοῦ κατοικῶ) — quae cum antecedentibus, non cum sequentibus coniungenda sunt — idonea esse quibus „exulem fuisse Teletem de exilio disputantem evincatur“, id quod recte Hense adnotavit prolegg. p. XXX, ea quam modo instituimus quaestione, quamvis alia via, confirmatur.

mittamur: nam ut supra bis duplex responsum dari vidimus (p. 16, 8 sqq.; p. 17, 3 sqq.) et per argumentationem et per exemplum, ita eandem sermonis figuram paulo infra cognoscemus (p. 20, 4 sqq.). Omnia igitur inde a p. 17, 12 usque ad p. 19, 2 optime fluunt: „neque pro calamitate neque pro dedecore exilium accipiendum est: nam relinquo malos, bonus esse non desisto: neque enim dedecus quod a malis iniuriam accipio neque calamitas quod patriam malam esse intelligo"; id quod eo confirmatur quod semper eadem repetuntur verba per totum hunc locum *ὄνειδος*, *ἀκλήρημα*, *εὐκλήρημα*.[1])

Cum ea quae sequuntur Bioni debere Teletem Hense recte demonstrare videatur (in adnott.), paulo cautius de eis iudicandum nobis esse arbitror, quae leguntur inde a p. 19, 8 *καὶ ὀνειδίζουσι μὲν ὅτι Κυθήριος*, *ὅτι Μυκόνιος*, *ὅτι Βελβινείτης*. Nam ut p. 20, 1 illud *ἐν ᾗ ἐγένετό τις καὶ ἐτράφη* redit, quod modo Bionis esse vidimus (p. 19, 3. 4), verbum *καταβιῶναι* autem respondet illi *καταγενέσθαι*, ita figura illa sermonis *καὶ ὀνειδίζουσι μὲν* ... *ὅμως δέ* eadem est atque ea quam paulo infra Stilponis esse apparebit. Priusquam vero pergamus loco gravissime deperdito genuina forma restituenda est: quo in negotio multi iam viri docti frustra versati sunt, velut Wilamowitz et Buecheler (cf. edit. Hens.), primus ni fallor Welcker *rhein. mus.* I (1832) p. 435, novissime Arnim *gött. gel. anz. 1890* p. 124 et Diels l. c. (qui „*ἄπολι*" *λέγοντες μέτοικε* scribi vult). Neque ego meliora proponere possem, si in meis acquiescendum mihi esset; cum vero Wachsmuthii palmaris coniectura mihi praesto sit, qua ut haec exornem liberalissime permisit vir doctissimus, ut iam huic loco me remedium allaturum esse promittere possum ita supersedere singula quae proposita sunt refellere. — Vitio dant alius alii patriam; tamen esse áliquid dicunt, quod ibi degat vitam aliquis ubi natus atque educatus sit; plurima oppida deperdita dicunt atque inprobos incolas (mente supplendum est *φασί* p. 20, 1) — *καὶ τὰς πλείους μὲν ἐξώλεις τῶν πόλεων καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀσεβεῖς, μέγα δὲ καὶ προσηνὲς τὴν πατρίδα ὥσπερ καὶ αὐτή*. — *Ἀλλὰ καὶ ὅτι*

1) Verba *ἀκλήρημα* et *εὐκλήρημα* praeterea non inveniuntur apud Teletem; *ἀκληρεῖν* (19, 2) et *εὐκληρεῖν* leguntur p. 47, 1, quo de loco cf. infra p. 19.

μέτοικος ὀνειδίζουσι δὲ πολλοὶ λέγοντες· μέτοικε σὺ δ' εὐγενὴς ὢν τήνδε δουλώσας ἔχεις. καὶ Κάδμον μὲν τὸν κτίστην Θήβας θαυμάζεις, ἐμὲ δὲ εἰ μή ⟨εἰμι⟩ πολίτης ὀνειδίζεις. Quae si ita scripta legimus, tribus in rebus offendimur: primum enim verba *ὥσπερ καὶ αὐτή* non habent quo referantur; tum non intelligimus quid sibi velit versus — ut quidem nunc legitur (*σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν* e Valckenaerii coniectura reposito) —, quo tyrannus indigena commemoratur, ubi de increpando metoeco agitur, denique, quod levissimum est atque iam dudum recte a Iacobsio correctum, verba *ὀνειδίζουσι δὲ πολλοί* sensu carent. Si igitur legimus *ἀλλὰ καὶ ὅτι μέτοικος ὀνειδίζουσιν οἱ πολλοὶ λέγοντες* necesse est, sensum versui illi talem restituamus, ut *μέτοικος* quidam increpetur. Atque notio increpandi inest in verbo ipso *δουλώσας*, ille autem *μέτοικος* lenissima mutatione ita infertur, ut scribamus pro *μέτοικε σὺ δ' εὐγενὴς ὤν*:

μέτοικε σὺ
⟨οὐ⟩δ' εὐγενὴς ὢν τήνδε δουλώσας ἔχεις.[1])

Restat ut de verbis *ὥσπερ καὶ αὐτή* dicamus. Quibus non opus esse ad sententiarum nexum efficiendum vel ex ipsa voce *ὥσπερ* colligi potest, quae aut comparationem aut exemplum aut verba cuiusdam inducit. Atqui legimus paucis versibus infra verba personae tragicae alicuius: artis igitur criticae legibus satisfaciemus, si verba illa tria ante *λέγοντες* transponemus, in extremo nomen aliquod latere conicientes, ut in eadem hac commentatione legimus p. 22, 3 *ὥσπερ καὶ ὁ Πολυνείκης ἐντέλλεται*, id quod ea quoque re confirmatur quod ll. mss. in accentu vocis illius satis differunt (*αὐτη S, αὐτῇ M, αὐτή LA*). Atque si percurrimus materias tragicas Graecorum, nolentibus fere nobis nomen Aegei in mentem venit, qui patre e patria expulso natus in eam reversus victis fratribus tyrannidem statuit, cui aut in Sophoclis aut in Euripidis[2]) Aegeo suo iure aliquis dicere poterat, eum *μέτοικον* Athenas imperio suo subiecisse. Quod autem fere nullam litteram mutare opus est, ut Aegeum inferamus in textum, optime coniecturam illam splendidam confirmat. Iam igitur legendus erit totus hic locus

1) Soph. Oed. Colon. 934 *μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας*. *Εὐγενής* in *ἐγγενής* mutari iam non opus esse videtur.

2) Eurip. Aegei fr. 6—9 N conferri iubet Ribbeck.

sic: καὶ τὰς πλείους μὲν ἐξώλεις τῶν πόλεων καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀσεβεῖς, μέγα δὲ καὶ προσηνές ⟨τι⟩ τὴν πατρίδα. — Ἀλλὰ καὶ ὅτι μέτοικος ὀνειδίζουσιν οἱ πολλοὶ ὥσπερ καὶ Αἰγεῖ λέγοντες·

μέτοικε σὺ
⟨οὐ⟩δ' εὐγενὴς ὢν τήνδε δουλώσας ἔχεις.[1])

Ubi non fortuito exemplum viri extare cui Megarae nato id ipsum crimini detur, sed id quoque optime quadrare in Stilponem Megarensem ut idem Wachsmuthius vidit — ea quae talia opponenti adversario respondit Teles vel potius Stilpo aut temporum invidia aut epitomatoris neglegentia exciderunt —, ita haec et ea quae sequuntur usque ad p. 21, 14 Stilponis esse etiam propterea probabile est, quod duae extant particulae, quae eodem modo ut supra illae (inde a p. 16, 8 usque ad 17, 9) accuratissime per singula enuntiata sibi respondent. Postquam enim eadem forma usus adversarius quaedam opposuit (20, 4—21, 2), primum philosophus ei argumentatione respondet (excidit —21, 3—5), tum exempla affert bis in eandem formam redacta: afferuntur viri exules ab omnibus laudati atque suspecti, ut demonstretur, quam sit ineptum alicui probro dare, quod non sit civis; Socratis verbis exponitur multos claros viros extra patriam sepultos esse, ut efficiatur, non turpe esse peregrino funere aliquem condi. Quin etiam singula verba consentiunt: καὶ Ἡρακλέα μὲν .. ἐπαινοῦμεν, τὸ δὲ μέτοικον εἶναι ὄνειδος ἡγούμεθα; — καὶ Σωκράτην μὲν ἐπαινοῦσι ..· ὅμως δὲ τὸ μὲν .. ὄνειδος, .. τὸ δὲ .. τίμιον; Denique utrumque narratiuncula confirmatur: illud Lacedaemoniorum non multum in distribuendis honoribus ubi aliquis natus sit curantium, hoc exulum Atheniensium in Megarico sepulcro acquiescentium. Accedit quod vel ipsa τῆς Μεγαρικῆς commemoratio Megaricum Stilponem indicat et quod interrogationis illius, ex qua pendet haec narratiuncula, τί δὲ καὶ διαφέρειν ἂν δόξαι ἐπὶ ξένης ταφῆναι ἢ ἐν τῇ ἰδίᾳ; eadem est figura quam supra cognovimus (16, 12 τί δὲ καὶ διαφέρει ἄρχειν ἢ ἰδιωτεύειν;).

---

1) Mutatis mutandis similia illi homini novo exprobrantur (Hor. Sat. I, 6, 38)

„Tune Syri Damae aut Dionysi filius audes
Deicere de saxo cives aut tradere Cadmo?“

In ipso perlegendo hanc partem eum qui sermonem Teleteum noverit non fugiet, quot verba in ea occurrant, quae alibi non inveniuntur apud Cynicum illum: id quod confirmatur indice edit. Hens., ita ut plane diverso sermone usum esse scriptorem, quem in hac parte sequitur Teles, demonstrari possit atque illum, quem per ceteras commentationes plerumque adhibet i. e. Bionem. Atque ut pauca tantum enumerem verbum *βουλεύεσθαι* praeter p. 14, 5 semel legitur p. 45, 15 ubi idem Stilpo laudatur (*οὐ γὰρ ὀρθῶς φησὶ βουλευομένου ὁ Στίλπων*); *πονηρός* ter invenitur intra paucos versus (17, 13; 18, 17; 19, 1), praeterea non; *ὄνειδος* decies repetitur per has paginas, *ἄριστος* quater, *δημόσιος* ter: quae omnia in aliis Teletis scriptis non leguntur; denique cf. ad *καὶ πῶς μέλλει τοῦτο ὄνειδος εἶναι* (21, 3) *καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο ἀκλήρημα* (18, 14). Paulo difficilius erit de extrema totius commentationis parte certum iudicium ferre. Dubium enim esse non potest, quin ludificationem Polynicis Euripidei Bioni debeat Teles, id quod ipse verbis *ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς ἀγωνία, φησὶν ὁ Βίων, πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν* (22, 2) indicat; neque enim talia quadrant in strenuum Stilponem, optime in Bionem *θεατρικόν*. Contra in eadem parte saepius illud *διάφορον* per negationem positum legitur, quod inter Stilponea compluries iam invenimus (16, 12; 17, 2; 21, 10. 15): 22, 1 *ἢ τὴν ἀρχὴν εἰ μὴ ταφήσῃ τί σοι μέλει;* 8 *τί ἔσται τὸ διάφορον;* 23, 2 *ἢ τί διαφέρει;* inter alia Teletis scripta nusquam. Ut igitur de hac extrema parte certum iudicium nondum ferre possumus, ita hoc ipsum *ἀδιάφορον*, unde tota fere disputatio pendet, confirmat, Stilponem auctorem Teletis esse. An non de Stilponis sapiente Seneca dicit cum Stoico eum comparans (ep. 9, 3): *„noster sapiens vincit quidem incommodum omne, sed sentit: illorum ne sentit quidem."* Zeller autem (III, 1 p. 234) illius de moribus doctrinam, quam in universum Cynicae similem esse dicit, sic describit: „Für das höchste gut erklärt er jene apathie, die kein gefühl des übels aufkommen lässt."

Atque si recte statuimus, maiorem partem totius *π. φυγῆς* sermonis ad Stilponis scripta redire, alio modo illud *ὃ καὶ πρῴην εἶπον* (p. 14, 6 *μὴ οὐδὲν λέγηται παρὰ* [sic Meineke, *πρὸς* libri] *τὸ τοῦ Στίλπωνος ὃ καὶ πρῴην εἶπον*) interpretemur

necesse est atque Hense (prolegg. p. XL), qui in universum hanc de commentario illo sententiam fert: „Stilponis igitur dialogum sequitur et in initio quidem fidelius utque breviter comprehendat quae πρῴην si recte interpretor exposuerit explicatius.“ Quod rectius sic explicandum erit: cum totum hunc sermonem diversis frustis Stilponis e scriptis sumptis composuerit Teles, hanc particulam iam alia occasione a se allatam esse profitetur („praeter illud Stilponis, quod iam nuper dixi“). Alia particula incipit inde a verbis *οὐκ ἄρχουσι φησίν*, ut hoc ipsum *φησίν* indicat, alia inde a p. 17, 12, ut illud *φησίν* p. 18, 4 significat. Eodem modo diversa Bionis frustula inter se annectuntur initio commentationis *π. αὐταρκείας* (p. 3, 9; 3, 13; 3, 15); contra p. 4, 2 verba Bionis excipiuntur hac vocula, postquam additamentum ipse inseruerat Teles (scil. verba *ὃν τρόπον καὶ ἡμεῖς καὶ δύναιτο δικαιολογεῖσθαι*; duplex enim illud *δικαιολογεῖσθαι* Bioni ego non tribuerim). Iam restat ut de primo totius commentationis enuntiato pauca adiciam, quod quid sibi velit supra exposuimus. Atque equidem puto hanc quoque disputationis partem ad Stilponem redire, qui quanti *τὸν λόγον* aestimaverit praesertim e narratiunculis illis cognoscitur, quarum summa continetur eis quae Stilpo respondit verbis interrogatus, quid omisisset inter expugnationem atque direptionem patriae. Quibus nos propterea uti posse arbitror, quia et interrogatur et respondetur e more Stilponis, ut saepius in talibus apophthegmatis aliquid veri latet. Habes enim eandem interrogandi rationem[1]) qualem hoc ipso loco de exilio, qualem — a Bione paulo exornatam — de paupertate apud Teletem p. 4, 7 (cf. Weber p. 165); inter ea autem quae respondet Stilpo semper redeunt tria illa *παιδεία λόγος ἐπιστήμη* sive omnia (Laert. Diog. II, 115) sive singula (*τὰν ἐπιστάμαν* (sic) auferri posse negat apud Plut. *Demetr.* c. 9. p. 893 *de tranqu. animi* c. 17 p. 475[2]) atque in oratione Themistii

---

1) Nova forma induta est ap. Laert. Diog. II, 115 *ὅτι καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν ἔφη* e. q. s.

2) Contra *τὴν ἀρετήν* infert Plutarchus *de. lib. educ.* c. 8 p. 5 F ubi omnino rhetorice exornata res est (*πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν*) cf. Gnom. Vatic. n. 515 b. — Nullius momenti sunt quae Seneca narrat ep. 9, 18; dial. II, 6, 1.

[*rh. mus.* XXVII p. 448 „dass einer . . ein räuber meiner weisheit gewesen ist"]) vel bina (τὸν γὰρ λόγον καὶ τὴν παιδείαν ἔχω Gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* XI] n. 515 a = Flor. Ioan. Damasc. II, 13, 153), ita ut non dubitem quin haec vere Stilponea sint. Neque enim παιδεία inter doctrinam philosophi qui Cynicorum quaedam recepit non habet locum (cf. Duemmler Antisthen. p. 27 et quae ad Zenonis dictum — ἔφη τὴν παιδείαν πρὸς εὐδαιμονίαν αὐτάρκη — Gnom. Vatic. [*Wien. stud.* X] n. 302 adnotet Sternbach); λόγος autem in altera quoque narratiuncula redit (Laert. Diog. II, 119). Accedit quod haud multum differt consolatio exilii atque eversionis patriae: Cicero (Tusc. disp. III, 34, 81) simul commemorat *separatim certas scholas* quae sint *de exilio, de interitu patriae,* atque idem parad. IV (29), ubi de exilio suo verba facit, hoc Stilponis de interitu patriae dictum imitatur *(nihil neque meum est neque cuiusquam quod afferri quod eripi quod amitti potest: si mihi eripuisses divinam animi mei conscientiam, . . . si illam mentem unde haec consilia manarunt mihi eripuisses, tum ego accepisse me confiterer iniuriam)* cf. Gnom. Vatic. n. 515 a τὰ δὲ λοιπὰ διὰ τί μᾶλλον ἐμὰ ἢ οὐχὶ τῶν πολιορκούντων;

II. Cum igitur dubium iam esse non possit, quin Stilpone praesertim auctore usus sit Teles in conscribenda π. φυγῆς commentatione, quaerendum erit, utrum ipsa Stilponis scripta legerit, an per Bionem hunc illum locum Megarici illius noverit. Hense enim de hac quaestione dubitat; p. XL putat non ita de Stilpone loqui Teletem, qui „unum alterumve locum auctoris ab aliis" acceperit, sed qui familiaritatem cum ipso contraxerit; p. CVI, ubi redit ad hanc quaestionem „perplexam et difficilem", cautius iudicat, quamquam etiam nunc veretur „Stilponem ex eorum numero eximere, quos sua ipsius Teles cognoverat lectione". Neque Duemmler verum esse demonstravit quod *Akadem.* p. 173 dicit: „Während Bion neben den kynischen tugendspiegeln und Stilpon Aristipp u. Theodoros in seinen katechismus aufnimmt" e. q. s.; nobis, ut certius de hac re iudicare possimus, perlustranda erunt quae praeterea e Stilpone Teles deprompsisse videtur.

1. Atque Stilponis nomen praeterea semel occurrit, in com-

mentatione π. ἀπαθείας, ubi tamen quantam per partem valeat hoc nomen haud ita facile sit cognitu, cum ipse sensus nullam praebeat ansam recte iudicandi. Neque enim casu accidit, quod nomen Stilponis praefixum est argumentationi, quae inprimis posita est in praecepto illo de ἀπαθείᾳ sapientis apud scriptorem, qui alibi hoc praeceptum non amplectitur; contra per se difficillimum esse apparet in commentatione, quae de ipsa ἀπαθείᾳ composita est, separare Stilponea ab eis quae alio e fonte fluxerunt. Quare iam sermonem illum percurramus.

Postquam p. 42, 2—4 brevissime qua de re in sequentibus ageretur exposuit Teles, semper eisdem exemplis usus demonstrat, ut aliud sit dicere de ἀπυρήνοις malis, de ἀτραχήλοις atque ἀπλεύροις hominibus, aliud de ἀναμαρτήτοις atque ἀφθόνοις aut ἄφροσι atque ἄνοις, ita plane aliter intelligendum esse, quod de ἀλύποις atque ἀφόβοις dicatur (p. 42, 13—43, 1). Cuius argumentationis quaedam usque in Senecae ep. 85, 5 propagata esse Hense adnotavit, qui propter hanc Teletis atque Senecae consensum hunc epistulae locum indici Bioneo inseruit, quamquam omisit illam sermonis π. ἀπαθείας partem.

Ut igitur ne minimum quidem affectus habere debemus, ita omnino nullum affectum, cum omnes arte inter se coniuncti sint, id quod exemplo λύπης exponitur (11 εἰ οὖν ἐν λύπῃ ἔσται, πῶς ἐκτός τινος ἔσται πάθους;). Affectibus autem vacare debemus si quidem μακάριοι esse volumus, ut neque amici neque liberi mors nos luctu afficiat, quippe qui nos ipsos haud minus quam amicum vel liberos amantes ipsorum mortem fortiter expectemus.[1]) Exemplum Socratis cur Bioni deberi voluerit Hense (ind. Bion.) nescio, cum formam sermonis minime similem esse putaverim narratiunculae, quae in commentario π. αὐταρκείας extat (p. 11, 10) Bioni tribuenda; neque enim id ipsum quod a Socrate mortis constantis exemplum petitur, inter Socraticos alium ex alio pendere indicat.

---

1) Si cum Buechelero pro καὶ τὸν φίλον μᾶλλον ἢ τὰ τέκνα ἢ ἑαυτόν (p. 43, 20) codd. legis καὶ τέκνα, mente supplendum tibi erit ex antecedente illo ἢ οὐχ ὁμοίως ἀγαπᾷ quoddam ἢ ἀγαπᾷ. Rectior autem sensus efficitur, si cum B(lassio) *litterar. Centralbl. 1890* n. 30 ἢ τ. φ. μ. καὶ τ. τ. ἢ ἑ. scribas, vel potius transponas nihil mutans ἢ τὰ τέκνα μᾶλλον καὶ τὸν φίλον ἢ ἑαυτόν.

Iam quae sequuntur in memoriam nobis revocant duos illius π. φυγῆς sermonis locos, quos Stilponis esse probavimus; praesertim comparari inter se possunt hic locus, ubi personae tragicae dictum laudare homines dicuntur, tamen in vita cotidiana aliter iudicare (*καὶ ταύτην μὲν ἐπαινοῦσιν ἐντελλομένην .., τὴν δὲ κατακολουθοῦσαν ὠμὴν φησὶν ἡ δόξα*), et ille, ubi Socratis dictum (*καὶ Σωκράτην μὲν ἐπαινοῦσιν ὅταν .. λέγῃ ..· ὅμως δὲ* e. q. s.), ita ut Stilponis vestigia hoc loco premere Teletem equidem dixerim.

Contra recte mihi Hense quae sequuntur dicta Laconica Bioni non Stilponi tribuisse videtur, satis probabilibus argumentis sententiam confirmans (p. CVII): neque enim quadrant talia *φορτικώτερα* in *κομψότατον* Stilponem, optime in Bionem Theodori *θρασυτάτου* discipulum. Haec modo admonuerim, non omnia „quae de Lacedaemoniis narrantur in sermonibus de exilio et de apathia“ ad unum eundemque Bionem revocanda esse propterea quia unum alterumve eius esse vidimus. An nihil refert, utrum satis ieiune enarretur aliquid de Lacedaemoniorum rei publicae institutis[1]), velut in sermone de exilio, an proferantur narratiunculae lepidae omnibus quibus fieri potest facetiis exornatae, velut quod Dorica utuntur Lacaenae illarum fabellarum dialecto? Neque quae de Lysandro narrantur in sermone *περὶ πενίας καὶ πλούτου* p. 37, 4 non diversam praebent speciem. Ceterum in tertia illa narratiuncula verba *ὅρα εἰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν τις γυναικῶν τοῦτ' ἂν ποιήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἀσμένη ὄψεται σεσωσμένους. ἐκεῖναι δ' οὔ· ἀλλὰ ἀποθανόντας εὐψύχως ἥδιον* .. e. q. s. Bionem mihi indicare videntur, cum similia redeant in sermone π. *αὐταρκείας* ad Bionem referenda. Ubi cum recte Hense (prolegg. p. XXXVII) comparato loco Epicteteo (diss. IV, 1, 164) demonstravisset, Teletem (p. 11, 5 sqq.) in enarranda Socratis morte Bionem secutum esse, non debuit cum Cobeto et Wilamowitzio delere

1) De hoc Lacedaemoniorum more cf. Gilbert *Gr. staatsaltert.* I p. 42 adn., Hermann *Altert.* (ed. Thumser) I p. 174, 3. — Recte mihi Hug huius narrationis originem inde repetere videtur, ut quod de singulis factum esset ad omnes relatum sit; cf. Plut. *Agis* X et quae adnotat Wilamowitz *unters.* IV p. 303 adn. 6; Instit. Lacon. 22 p. 238 E. — Plane contraria habes ap. Aristoph. Av. 1012.

quae leguntur p. 12, 4 et 7 (*ὅρα σχολὴν καὶ παιδιάν· ἡμεῖς δέ, κἂν ἄλλον ἴδωμεν, πεφρίκαμεν* et *ταχύ γ' ἂν καὶ ἡμῶν τις ἂν κοιμηθείη*), sed potius tueri collato eodem Epicteti loco, ubi leguntur § 166 haec: *ὅρα πῶς ὑποκορίζεται καὶ σκώπτει τὸν θάνατον.* (167) *εἰ δ' ἐγὼ καὶ σὺ ἦμεν, εὐθὺς ἂν κατεφιλοσοφήσαμεν, ὅτι τοὺς ἀδικοῦντας δεῖ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι* e.q.s. — cf. p. 30, 12, ubi vitae Metroclis ratione descripta apponitur: *πρὸς ῥῖγος ἡμεῖς μὲν ζητοῦμεν παχύτερον ἱμάτιον, ἐκεῖνος δὲ διπλώσας τὸν τρίβωνα περιῄει* et p. 23, 10 *καὶ ἡμεῖς μὲν καὶ ἰδεῖν καὶ ἅψασθαι ὀκνοῦμεν*, quae non sollicitanda sunt ut Diels vult l. c., qui idem illum locum p. 12, 4. 7 pessime omnium ab epitomatore interpolatum esse dicit; ubi in eo consentio cum viro doctissimo, quod epitomatori tribuo, quia his ut nunc leguntur offendimur: at non interposuit illa verba, sed coartavit ut epitomator ea quae copiosius disseruerat Teles vel Bio, ut propius a forma genuina absint illa quae loco illo Epicteteo extant.[1])

Haud minus recte mihi Hense Bioni tribuisse videtur illud facete simul atque acerbe dictum p. 45, 12—15 (prolegg. p. CVIII): quod cum in his locum non habere satis appareat — etenim de nulla alia re agitur, nisi quod amico mortuo se ipsum quoque aegritudine aliquis conficiat — optime inter se cohaerent ea quae antecedunt et ea quae sequuntur: *πῶς δὲ οὐκ ἀλόγιστον καὶ ἄλλως μάταιον τὸ τελευτήσαντος τοῦ φίλου καθῆσθαι κλαίοντα καὶ λυπούμενον καὶ ἑαυτὸν προσκαταφθείροντα;* — *οὐ γὰρ ὀρθῶς βουλευομένου τὸ διὰ τοὺς ἀπογενομένους τῶν ζώντων ὀλιγωρεῖν.* Non igitur Bioni, sed Stilponi priora illa tribuam, praesertim cum in tribus his versibus tria inveniamus verba, quae praeterea apud Teletem nusquam in Bioneis occurrunt, sed in Stilponeis tantum leguntur (*ἀλόγιστον* 14, 2; *λυπεῖσθαι*

---

1) Cf. etiam locum quem adfert Hense (*Ariston bei Plutarch* in Mus. Rhen. XLV p. 541 sqq.) e Plutarchi *π. πολυπραγμ.* libelli c. 2 desumptum (*ὁ μὲν γὰρ Ὀδυσσεὺς . . ἡμεῖς δὲ . .*); magis detersa esse videtur illa orationis figura in locis Teletis ab Hensio allatis (p. 5, 9; 7, 7; 15, 14). — Illam Hensii commentationem prodisse, cum haec iam typis mandata essent, statim hoc loco praemonuerim; unde veniam peto, quod eorum quae exposuit vir doctissimus ita tantum rationem habebo, ut adnotationibus additis singula cum meis componam.

[λύπη] p. 43 [cf. infra]; προσκαταφθείρειν 46, 9.[1]) Quae autem intercedit similitudo inter nostrum locum et illum Philodemi, quem Hense comparat (prolegg. p. LIX adn.), haud ita insignis mihi esse videtur; illud enim καθῆσθαι κλαίοντα saepissime apud scriptores in simili argumento versantes redit.

Iam inde a p. 45, 15 Stilponem Teles sequitur, cui et similitudines[2]) arboris atque membrorum hominis debet et conclusionem ipsam (p. 46, 6), quae in formam illam satis superque nobis notam redacta est hoc quoque loco bis repetitam (ἀλλ' ἐπὶ μὲν τούτων εἴ τις οὕτως οἴοιτο, μαργίτης· τοῦ δ' υἱοῦ τελευτήσαντος .. <εἰκὸς> .. προσκαταφθείρειν — καὶ εἰ μὲν τῶν γνωρίμων τινὸς υἱὸς ἢ γυνὴ ἀπέθανε, παρεκάλεις ἂν ..· αὐτὸς δὲ οὕτως οἴει δεῖν δυσφορεῖν). Accedit quod verba priora simillima sunt illorum sermonis π. φυγῆς p. 16, 11 εἰ δ' ὠδυνῶντο ἐπὶ τούτῳ, οὐκ ἂν ἦσαν βάκηλοι; 17, 5 ἀλλ' εἰ ἐπὶ τούτῳ ἄχθοιτό τις, οὐκ ἂν παιδαριώδης εἴη;

Quin p. 46, 15 τὸ δοκοῦν ἀγαθόν et τὸ δοκοῦν κακόν Stilponem Megaricum redoleat nemo dubitabit, qui recordatus erit, quae Laert. Diog. II, 106 de Euclide tradit: τὰ δ' ἀντικείμενα τῷ ἀγαθῷ ἀνῄρει μὴ φάσκων εἶναι, et contulerit ea quae Zeller (II, 1 p. 106) dicit: „Aus der einheit des guten liess sich ferner auch die apathie des weisen durch die erwägung ableiten, dass alles andere ausser dem guten ein nichtiges und gleichgiltiges sei.“ Bioni rursus debere Teletem putat Hense Socratis illud dictum p. 47, 9 (quod ad Xenoph. apomnem. I, 1, 8 redire Iacobs recte perspexit) sed argumentis haud satis firmis nixus. Quamquam enim mihi quoque persuasum est, non ipsum inspexisse Teletem Xenophontis libros, tamen nescio quid sit, cur non per Stilponem eum haec accepisse putemus, apud quem supra Socratis dictum legimus (p. 21, 5).

1) Verborum quae e verbo atque compluribus praepositionibus composita sunt legimus in Stilponeis Teletis προσεκκόπτω bis (46, 1. 4), προσεξαιροῦμαι (46, 6), προσκαταφθείρω (46, 9); in reliquis διεξάγω bis (32, 18; 9, 12), ἐξαποστέλλω (p. 16, 7, ubi sua interponit Stilponeis Teles).

2) Ex eo quod Laert. Diog. II, 107 narrat, Euclidem per similitudines docere noluisse, non sequitur Stilponem, qui ad Cynismum tendebat, idem fecisse; Cynici enim quantopere similitudines adamaverint, exponit Weber p. 173.

P. 47, 14 denique illa *ἀλλ' εἰ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δυσκολαίνοις, τί τοῖς γραδίοις ἀπολείψεις;* illos *βακήλους* atque *παιδαριώδη* in memoriam nobis revocant.

Accedit quod per hunc quoque sermonem sparsa sunt verba, quae apud Teletem non occurrunt, nisi eis locis, ubi Stilponem eum sequi verisimile est. Velut *ὀλιγωρεῖν* 45, 16 — ubi nomen Stilponis legitur — et 46, 8; de *ἀκληρεῖν* et *εὐκληρεῖν* verbis supra ad p. 17, 12 sqq. dictum est; *ἄχθεσθαι* praeter 47, 6 legitur 17, 6; *ἀπογίγνεσθαι* extat p. 45, 16 prope nomen Stilponis, redit bis: 46, 16; 47, 2; *παρακαλεῖν* legitur 46, 10. 13; *στερίσκειν* septies (14, 8. 10; 15, 5. 13; 47, 7. 12 — de p. 4, 7 cf. infra) in Stilponeis, nusquam alibi; *ἀποδημεῖν* ter intra paucos versus (47, 11. 17; 48, 1).

Quare cum in eis quae inde a p. 45, 10 Teles disserit *π. ἀπαθείας* Stilponem latere satis certis argumentis demonstrari possit, iam pauca de initio sermonis adicienda sunt. Atque primum quidem notandum est, optime cohaerere sententiam illam *πῶς οὐκ ἀλόγιστον — ἑαυτὸν προσκαταφθείροντα;* (45, 10) cum illa *καὶ ταύτην μὲν ἐπαινοῦσιν ἐντελλομένην·*

σὺ δ' ὦ τεκοῦσα μή τι σὴν
λιβάσι κατάσπενδ' ⟨ἐς ταφὴν⟩ παρήιδα,

τὴν δὲ κατακολουθοῦσαν ὠμὴν φησὶν ἡ δόξα. Inter ea autem exempla, quibus quomodo verba *ἄλυπος* atque *ἄφοβος* intelligenda sint demonstratur, atque exempla, quibus explicatur illud *οὐ γὰρ ὀρθῶς βουλευομένου τὸ διὰ τοὺς ἀπογενομένους τῶν ζώντων ὀλιγωρεῖν* intercedit similitudo quaedam: utriusque enim loci unum de plantis, duo de corpore humano sumpta sunt. Denique hac quoque in parte verba extant, quae non nisi in Stilponeis apud Teletem inveniuntur: bis legitur *στέρησις* (praeterea non, de verbo *στερίσκειν* cf. supra); *μοχθηρός* ter (praeterea 18, 13); *ἐκτός* sexties (praeterea bis *τὰ ἐκτός* 14, 9; 15, 5); *περιπίπτειν* (43, 8) redit 46, 11; *δυσκολαίνειν* (43, 18) 46, 14; 47, 14. Quibus fortasse unum alterumve addi potest: sed ut demonstrarem plane aliam verborum copiam horum capitum auctori suppeditasse atque illi vel illis, quos Teles per alia scripta sequitur, volebam equidem ea solum verba colligere, quae et compluries legerentur et talem sensum haberent, ut ea aliis quoque in capitibus legi per se expectari posset.

Probabile igitur est, hunc quoque *π. ἀπαθείας* sermonem — exceptis narratiunculis p. 44, 3—45, 9 — ex Stilpone haustum esse; sed etiam tertiam duobus illis adiungere commentationem possumus, quae quamquam nomen Stilponis ipsum non exhibet, tamen vel ipso titulo oculos nostros in se convertit: dico eam quae inscribitur *περὶ τοῦ δοκεῖν καὶ τοῦ εἶναι*. Quamquam enim Hense se non dubitare affirmat, quin Bioni debeat Teles ea quae disserat, tamen omnia quae affert, ut sententiam suam probet, ad posteriorem illius capitis partem pertinent (inde a p. 2, 8; cf. prolegg. p. LIX adn. p. CVIII), quae quidem „cuius sit fabricae“ ne mihi quidem adhuc dubitari posse videtur. A qua prior pars quantum tota indole differat, nemo est quin, vel leviter eam percurrens, statim intelligat; unde vero originem duxerit pro certo dici potest comparato initio sermonis *π. φυγῆς*; utrumque igitur locum in conspectu tibi iam ponam:

p. 1, 5. *πότερον οὖν διὰ τὸ δοκεῖν ἀγαθοὶ ὑποκριταὶ εἶναι ⟨εὖ⟩ ὑποκρίνονται ἢ διὰ τὸ εἶναι; — ⟨Διὰ τὸ εἶναι. —⟩ Κιθαρίζουσι δὲ ⟨εὖ⟩ πότερον διὰ τὸ δοκεῖν ἀγαθοὶ κιθαρισταὶ ⟨εἶναι⟩ ἢ διὰ τὸ εἶναι; — Διὰ τὸ εἶναι ..*	p. 14, 2. *μήποτε .. ὀρθῶς ἂν παραβάλλοιτο τὰ ἐπὶ τῶν τεχνῶν, ὅτι ὃν τρόπον οὐδὲ αὐλεῖν οὐδὲ ὑποκρίνεσθαι χεῖρον ἔστιν ἐπὶ ξένης ὄντα, οὕτως οὐδὲ βουλεύεσθαι.*[1])
p. 1, 12. *καὶ τί ποτε ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ὅσα δοκοῦσιν ἄνθρωποι;* (cf. *π. ἀπαθ.* p. 46, 15 et s. p. 18).	p. 14, 7. *τί λέγεις, φησί, καὶ τίνων ἢ φυγὴ ⟨ἢ⟩ ποίων ἀγαθῶν στερίσκει;*
p. 1, 15. *εὐθέως, ὁρᾶν ⟨μᾶλλον⟩ ἂν βούλοιο ἢ δοκεῖν ὁρᾶν; ὑγιαίνειν μᾶλλον ἢ δοκεῖν; ἰσχύειν μᾶλλον ἢ δοκεῖν;* (de audiendo hic quoque in fonte commemoratum fuisse admodum verisimile est.)	p. 15, 2. *ἢ οὐχ ὁμοίως ἔστιν ἐπὶ ξένης ὄντα ὑγιαίνειν καὶ ἰσχύειν καὶ ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ὀξὺ ἀκούειν;*
p. 2, 1. *εὔπορος εἶναι, φίλους ἔχειν μᾶλλον ἢ δοκεῖν;*	(*τὰ ἐκτός*)

1) Simul hac comparatione cognoscitur, quae epitomator quoque modo comprehenderit.

p. 2, 2. *ἐπὶ τῶν ψυχικῶν πάλιν, φρονεῖν μᾶλλον ἢ δοκεῖν; ἄλυπος εἶναι μᾶλλον ἢ δοκεῖν; θαρσαλέος εἶναι, ἄφοβος εἶναι, ἀνδρεῖος εἶναι μᾶλλον ἢ δοκεῖν;*[1]	*(τὰ περὶ τὴν ψυχήν) εὐλογιστίας ὀρθοπραγίας εὐπραγίας ἡ φυγὴ στερίσκει;*[1] *ἀλλὰ μὴ ἀνδρείας*
ἐπὶ τῆς δικαιοσύνης δὲ οὐκέτι δίκαιος εἶναι μᾶλλον ἢ δοκεῖν;	*ἢ δικαιοσύνης; (ἢ ἄλλης τινὸς ἀρετῆς;)*

2. Modo breviter commemoravi, quantum sit discrimen inter Bionis Stilponisque sermonem: atque qui quidem paulo accuratius hoc attenderit, vel ex hac re quid sit Stilponis, quid Bionis dignoscere poterit. Hic enim profluenti potius sermone usus colloquitur cum eo qui legit, ille oratione certas in figuras redacta docet, interdum etiam repetens eandem, velut 16, 8—17, 2 = 17, 3—9; 20, 4—21, 2 = 21, 2—14; 46, 6—9 = 46, 9—12; hic minime certa via progreditur, sed ingenio indulgens modo huc modo illuc fertur, ille ratione omnia disponit, nunquam de via decedens; huic magna suppetit copia orationis, ille eadem iterum iterumque usurpat verba. Neque minus in ipsis orationis ornamentis exilitas quaedam in Stilponeis deest: exempla enim simpliciter enarrantur, cum a Bione variis modis instruantur atque exornentur: modo conferas quomodo uterque exemplum mortis constantis de Socrate petitum (11, 10 — 43, 18) afferat! Comparationes quas instituit Stilpo bis vel ter repetit, aut eandem rem compluribus similitudinibus explicat (42, 2 sqq.; 45, 17 sqq.); contra Bio paucis verbis unam alteramve rem depingit, ut comparatione et illustret et exornet sermonem. Idem denique discrimen est inter utriusque morem enarrandi narratiunculas: Bio enim quantum potest ea quae narrat tanquam ante oculos nostros fieri facit, Stilpo satis exiliter refert, quae dicta sint ab hoc vel illo. Iuvat inter se comparare quae narrat Stilpo de Philemone (17, 14) vel de exule Atheniensi (21, 11) cum illis, quae supra iam attigimus, Lacaenarum apophthegmatis lepidissime enarratis. Talia qualibus Bio praeterea exornat orationem p. 3, 15 sqq. (*διὸ καὶ εἰ λάβοι φωνὴν*

---

1) De diversis virtutum nominibus cf. quae Laert. Diog. VII, 161 de Aristone Chio adnotat: *ἀρετάς δ' οὔτε πολλὰς εἰσῆγεν ὡς ὁ Ζήνων, οὔτε μίαν πολλοῖς ὀνόμασι καλουμένην ὡς οἱ Μεγαρικοί.*

τὰ πράγματα) vel p. 22, 2 (*ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς ἀγωνία πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν*) deesse Stilponeis, iam non est cur mireris. Diversa igitur cum suppeditaret materia Teleti, alteram altera via in suum convertit usum: Bionis enim facete dicta ut volgo probaret debebat explicare pluribus verbis, Stilponis copiosius exposita minutatim descripta novum in ordinem redigere satis habere poterat mutata simul figura orationis. Quae enim diatribae forma usus disserit, deprompsit Teles illis *διαλόγοις ἐννέα ψυχροῖς*, quos Stilponem conscripsisse Laert. Diog. II, 120 refert. Quorum qualis indoles fuerit in universum cum iam fingere nobis possimus[1]), tamen certum ad dialogum nostra referri non poterunt, quia non argumentum illis inscriptum est, sed nomen viri cuiusdam[2]), quocum colloquentem se ipsum fecisse Megaricum tuo iure conicias. Stilponis autem auctoritatem multum apud aequales valuisse e Laert. Diog. II, 113 elucet, quamvis quae hoc loco Philippi Megarici afferuntur verba paulo veritatem egredi videantur; unde etiam in posteriorem aetatem illam propagatam esse colligi potest.

Postquam discrevimus, quae Stilponi, quae Bioni in his tribus Teletis sermonibus tribuenda sint, iam ad eam accedamus quaestionem, quaenam inter utraque intercedat ratio.

---

1) Neque eis quae Plut. *π. εὐθυμ.* c. 6 narrat de Metrocle et Stilpone quin genuina dialogi Stilponei particula contineatur dubito, neque veri dissimile est, cum uni dialogo nomen Metroclis praefixum fuerit, ex hoc ipso haec sumpta esse. Quae in hanc narratiunculae formam redegisse vix Plutarchum ipsum crediderim, quoniam hunc Stilponem legisse non verisimile est. Ceterum exemplum habes insigne, quomodo libri cuiusdam locus in apophthegma abeat. (In Stilponis Metrocle haec fortasse legebantur: *Ἐμὸν οὖν ἁμάρτημα τοῦτ' ἐστὶν ἢ ἐκείνης; — Ἐκείνης μὲν ἁμάρτημα, σὸν δ' ἀτύχημα. — Πῶς λέγεις* (cf. *τί λέγεις*; Teles p. 14, 7); *οὐχὶ τὰ ἁμαρτήματα καὶ διαπτώματ' ἐστί; — Πάνυ μὲν οὖν. — Τὰ δὲ διαπτώματ' οὐχ ὧν διαπτώματα καὶ ἀποτεύγματα; — ⟨Πάνυ μὲν οὖν.⟩ — Τὰ δ' ἀποτεύγματ' οὐχ ὧν ἀποτεύγματα καὶ ἀτυχήματα;*) cf. etiam Laert. Diog. II, 114 *ταύτης οὐ κατὰ τρόπον βιούσης εἶπέ τις πρὸς τὸν Στίλπωνα, ὡς καταισχύνοι αὐτόν· ὁ δὲ „οὐ μᾶλλον, εἶπε, ἢ ἐγὼ ταύτην κοσμῶ"*.

2) Fuisse eos hos arbitror: *M., Ἀρίστιππος,* [*ἢ*] *Καλλίας, . . Ἐπιγένης πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, Ἀριστοτέλης* — cum neque inter ceteros unum nomine carere verisimile sit, neque quid duplex tituli nomen sibi velit intelligatur.

Atque primum quidem occurrunt loci, quibus Bionea inter Stilponea a Telete ipso interposita esse consentaneum sit, cum aut sententiarum nexus illis interrumpatur, aut certe illis exsectis nulla lacuna oriatur, velut in sermone π. φυγῆς p. 16, 13—15; 17, 10—12; π. ἀπαθείας p. 45, 12—15. — Praeterea autem sunt loci, quibus plane aliter res se habet. Velut p. 19, 2 sqq. iam ab Hensio Bioni vindicatum est, id quod domus similitudo[1]) formaque ipsa orationis confirmant; cum quibus quae Stilponis esse cognovimus arte coniuncta sunt, atque ita quidem scienter, ut statim appareat, non Teleti hoc deberi.

Dubitari autem omnino nequit de extrema huius sermonis parte inde a p. 22, 2. Ubi cum formam orationis Bionis esse Teles ipse testetur (*ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς ἀγωνία, φησὶν ὁ **Βίων**, πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν*), sententias ipsas Stilponis esse vel ex eo apparet, quod optime cum reliquae commentationis sententiis consentiunt. His igitur locis Bionem Stilponea in suum usum convertisse censendum est, id quod inde probari videtur, quod aliis locis Bionem Stilponeis usum esse demonstrari potest, ubi utriusque eiusdem sententiae conformatio praesto est. Nam in sermone π. αὐταρκείας p. 4, 6 haec leguntur quae e Bione se hausisse Teles profitetur (4, 1. 2): *καὶ ἡ Πενία ⟨ἂν⟩ εἴποι πρὸς τὸν ἐγκαλοῦντα· „τί μοι μάχῃ; μὴ καλοῦ τινος δι' ἐμὲ στερίσκῃ; μὴ σωφροσύνης; μὴ δικαιοσύνης; ⟨μὴ⟩ ἀνδρείας; ἀλλὰ μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὴς εἶ; ..“*, quem rursus Stilponi sua debere collatis et sermonis π. φυγῆς

1) Quae *ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους χρειῶν* citantur verba Gorgiae ap. Stob. 118, 29 num vere Gorgiae sint dubito. Neque enim alterum quod et Bioni (Plut. *de lib. educ.* c. 10 p. 7 D) et Gorgiae (Gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* X] n. 166 = Floril. Monac. 172) ascribitur apophthegma — dico illud, quod comparat eos qui philosophia neglecta encyclicis quae vocantur scientiis operam dant cum Penelopae procis — sic a Gorgia proferri potuit: certe non de philosophia talia dixit, sed de ῥητορικῇ (cf. Plato Gorg. 456 A). Idem dictum praeterea Aristippo (Laert. Diog. II, 79) et Aristoni Chio tribuitur (Stob. 4, 110; contra huic abiudicare videtur Laert. Diog. II, 80) quod ita explicandum est, ut Bio ex Aristippo, e Bione rursus Aristo id deprompserit. — Ceterum hoc dictum in Crameri anecd. IV, 411, 15 inducitur verbis *φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐν ἀποφθέγμασι*, ut illud Gorgiae 118, 29 *ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους χρειῶν*.

prima parte et commentationis *περὶ τοῦ δοκεῖν καὶ τοῦ εἶναι* manifestum fit. Quae autem intercedat ratio hoc loco inter Bionem et Stilponem haud melius describi potest, quam descripsit Weber (l. c. p. 165): „Sequitur ut Bio Stilponem in Paupertatis oratione componenda imitatus sit, nisi quod illius severae philosophiae novam et floridam vestem induit“, atque eadem haec verba in extremam sermonis *π. φυγῆς* partem transferri possunt. Neque eis quae leguntur ap. Laert. Diog. II, 117, quae iam Hense paulo insigniora videri dixit (p. CVI) inter tenuia ista vestigia „quibus insistere possit, si quis Bionem etiam Stilponis imitatorem fuisse demonstratum eat“, ita uti dubito, ut confirmari eis arbitrer illud Weberi de ratione, quae intercedat inter Bionem et Stilponem, iudicium. Postquam enim narravit Laertius, Stilponem Crateti interroganti, num dei precibus atque adorationibus gauderent, respondisse: „*περὶ τούτων μὴ ἐρώτα, ἀνόητε, ἐν ὁδῷ, ἀλλὰ μόνον*“ adicit haec: *τὸ δ' αὐτὸ καὶ Βίωνα ἐρωτηθέντα, εἰ θεοί εἰσιν, εἰπεῖν·*

„*Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον, ταλαπείριε πρέσβυ;*“

Quibus quantum subsit veri fortasse dubites: certe illo *τὸ αὐτό* significatur, quodammodo haec Stilponis et Bionis dicta inter se cohaerere, atque e verbis ipsis apparet, ita ea cohaerere, ut Stilponis severe dicto „novam et floridam vestem“ induerit Bio.

3. Quare cum dubitari iam non possit, quin Bio Stilponem interdum secutus sit, adhuc in dubio reliquimus, num Teles ipse ipsum Stilponem adierit. Atque Hense quidem p. XLII dicit: „Vereor tamen ita uti hac observatione ut Stilponea suspicer Teletem derivasse e Bione“ neque id verisimile fit, si utrumque quod cognovimus cogitatione coniungimus: et quod sane diversa sunt Stilponea et Bionea, quae apud Teletem conserta inter se inveniuntur, et quod Bio — qua erat ingenii sollertia — Stilponea non simpliciter descripsit, sed de suo exornavit atque ingenio suo adaequavit. Sed ne minimum scrupuli restet, circumspiciendum nobis erit, quomodo ea quae apud Teletem invenitur materia apud posterioris aetatis scriptores propagata sit. Si enim eodem modo coniuncta inter se eadem occurrunt, concludendum nobis erit — cum Teles ipse a poste-

rioribus vix adhibitus sit[1]) — Stilponea per Bionem in Teletem influxisse; si diversa usa sunt fortuna, efficietur, e diversis sua conglutinasse Teletem.

Atque pro certo quidem dici potest, ea quae Stilponi tribuimus in usum suum convertisse Musonium in eis quae *ἐκ τοῦ ὅτι οὐ κακὸν ἡ φυγή* eius servavit Stob. floril. 40, 9 (vol. II p. 70 sqq. Meineke). Quae in tria dividi possunt capita, quorum primo (p. 70, 8—71, 8) demonstratur, commutationem loci malum non esse; altero (p. 71, 8—73, 5), prodesse potius exilium ad curandum et animi et corporis valetudinem atque *τὰ ἀναγκαῖα*, quam obesse, cum tertio (p. 73, 5—74, 28) varie refellantur quae exilio solent opprobrari, velut quod ignominiae sit, quod non, quacunque de re velis, impune dicas tibi liceat exuli; denique in conclusione (p. 74, 29—75, 28) breviter in universum nonnulla disputantur: non omnibus quae volgo habeantur bonis privare exilium, certe non veris bonis; non igitur exilium nocere, sed pravitatem; denique neque iustum neque iniustum exilium aegre ferendum esse.

Qua in parte ea quae praefatur Musonius (*οἷς δὲ λογισμοῖς χρῶμαι πρὸς ἐμαυτὸν ὥστε μὴ ἄχθεσθαι τῇ φυγῇ, τούτους καὶ πρὸς σὲ εἴποιμ' ἄν*) subsequuntur haec verba (p. 74, 31), quae conferenda sunt cum loco Teleteo:

Muson. p. 74, 31. *δοκεῖ μοι ἡ φυγὴ στερίσκειν μὲν ἀνθρώπους οὐ πάντως οὐδ' ὧν οἱ πολλοὶ νομίζουσιν ἀγαθῶν..*	Teles p. 14, 8. *τίνων ἡ φυγὴ ἢ ποίων ἀγαθῶν στερίσκει; ..*
(certe non aufert vera bona:) *οὔτε γὰρ ἀνδρίαν ἢ δικαιοσύνην ὁ φεύγων ἔχειν κωλύεται διὸ φεύγει, οὔτε σωφροσύνην ἢ φρόνησιν, οὐδ' ἀρετὴν ἄλλην ἡντινοῦν.*	*ἀλλὰ μὴ ἀνδρείας ἢ δικαιοσύνης ἢ ἄλλης τινὸς ἀρετῆς;*

Musoniana quin ad ipsum Stilponem redeant dubium esse non potest: *σωφροσύνην* enim et *φρόνησιν* duabus illis *ἀνδρείᾳ* et *δικαιοσύνῃ* adiecit, ut quattuor Stoicorum virtutes expleret, quas ipse Musonius praeter ceteros recentioris aetatis Stoicos

1) Quod quamquam pro certo negari nequit, tamen verisimile non est, cum Teletis nomen nusquam legatur atque ipse fuerit paene nullo in philosophorum numero. Certe nemo qui e vivido fonte haurire potuit, haurire maluit e rivulo satis languido.

retinebat: cf. Stob. 29, 78 (II p. 13, 15 M.); 48, 67 (II p. 272, 5 sq.); 117, 8 (IV p. 88, 21); Exc. flor. Joan. Damasc. II, 13, 123 (Stob. flor. Mein. IV p. 212, 18). Alter Stilponis locus in alio Musonii fragmento recognoscitur, quod apud Stob. 48, 67 (II p. 271 Mein.) servatur inscriptum *M. ἐκ τοῦ ὅτι φιλοσοφητέον καὶ τοῖς βασιλεῦσιν.* Quae cum in priore parte tractentur, in posteriore *ὅγε φιλόσοφος ὅτι πάντως καὶ βασιλεύς* (p. 275, 23) demonstratur. Ubi — postquam eadem sententia Stilponea quadam ambiguitate explicata est exemplis *ἰατροῦ* et *μουσικοῦ* — dicit Stoicus ille

p. 276, 15. *καὶ δὴ καὶ βασιλικὸς παραπλησίως τῷ κεκτημένῳ πολλοὺς ὑπηκόους ὁ ἔχων ἕνα ἢ δύο τοὺς πειθομένους αὐτῷ· μόνον ἐχέτω τὴν τοῦ βασιλεύειν ἐμπειρίαν ὥστε καὶ βασιλικὸς εἴη ἄν.*	Teles p. 16, 15. *τῇ γὰρ αὐτῇ ἐμπειρίᾳ χειρούμενον καὶ τοὺς πολλοὺς καὶ τὸν ἕνα .. καὶ τῇ ἀρχῇ καλῶς καὶ τῇ ἰδιωτείᾳ ἔστι χρῆσθαι.*

Duobus igitur locis paucos versus ita apud recentioris aetatis scriptores occurrere cognoscimus, ut ea de ipsis Stilponeis sumptos esse appareat; fortasse Cic. *parad.* II, 18 (*mortem mihi minitaris ut omnino ab hominibus, an exilium ut ab improbis demigrandum sit*) in memoriam tibi revocet illud (p. 17, 12) *οὔκουν ἀκλήρημά τι καὶ ὄνειδος ἐμόν, εἰ μὴ μετὰ πονηρῶν οἰκήσω;* Contra neque illa p. 75, 20—28 (*καὶ γὰρ δὴ δυοῖν ἀνάγκη τὸ ἕτερον, ἢ ἀδίκως ἢ δικαίως σε φεύγειν*) de Stilpone ipso sumpsisse Musonium demonstrari potest, quamquam eadem eis fere subest ratio atque illis Teletis p. 18, 3 sqq. — scilicet non a malis sed a bonis e patria eici ignominiam et malum esse — neque mediam illam partem eum disposuisse Stilponem imitatum (cf. 72, 3—7 *οὕτως ἄρα πρὸς τὸ διακεῖσθαι κρεῖττον αὐτοὺς ἑαυτῶν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν συνεργεῖ μᾶλλον ἢ ἀντιπράττει ἡ φυγή. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀπορεῖν τῶν ἀναγκαίων πάντως ὑπάρχει τοῖς φεύγουσιν*). Utraque enim sententia cum saepius inveniatur, loci illi inter se cohaerere non videntur, praesertim cum figura orationis tam diversa sit.

Ut igitur totius huius partis Stilponeae duae sententiae singulis locis reperiuntur, ea quae Bionis esse cognovimus omnia saepius occurrunt. Atque similitudines illas de domo et navi petitas iterum iterumque diversis in rebus adhibuerunt

scriptores recentioris aetatis, quarum altera demonstratur, ita eum, qui ex alio oppido in aliud transmigraverit, bene vivere posse, ut ex alia navi in aliam qui transcenderit bene navigare possit (p. 17, 10—12), altera exponitur, non magis in patria mala remanendum nobis esse eam solum ob causam, quod ibi nati simus, quam remanendum esse in domo ruenti aut in navi dehiscenti, propterea quod ibi nati simus (p. 19, 2—8). Priore loco utuntur cum Horatius (de quo in universum cf. Heinzii *de Horatio Bionis imitatore* dissertationem) cum de paupere dicat (ep. I, 1, 92): *conducto navigio aeque Nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis* et de se ipso (ep. II, 2, 199): *ego utrum Nave ferar magna an parva, ferar unus et idem*, tum — in eodem fere sententiarum nexu, atque Horatius priore illo loco — Plutarchus *π. εὐθυμ.* 3: ut nihil referat, *ἐὰν εἰς γαῦλον ἐξ ἀκάτου καὶ πάλιν εἰς τριήρη μεταβῶσιν* nauseantes, ita in vita mutationibus nihil homines proficere.[1]) Alteram similitudinem duobus Senecae locis invenimus, quibus etiam duo illa — domus et navis — inter se coniuncta sunt. Ep. 30, 2 enim disserit Seneca, de morte verba faciens, ut navi, quae sentinam trahat, aliquantum per tempus succurri possit, ita *in senili corpore aliquatenus imbecillitatem sustineri et fulciri posse*[2]*): ubi tamen ut in putri aedificio omnia solvantur, circumspiciendum esse, quomodo exeas.* Ep. 70, 11 vero satis tenuia huius similitudinis vestigia inveniuntur: „si iam moriendum est, cur non manum tibi ipse inferas? *quemadmodum navem eligam navigaturus, et domum habitaturus, sic mortem exiturus e vita.*“

---

1) Ita ut animi condicionem illustraret primus Aristo Chius hanc similitudinem adhibuisse videtur Stob. II, 31, 95 W: *κυβερνήτης μὲν οὖν οὔτε ἐν μεγάλῳ πλοίῳ οὔτε ἐν μικρῷ ναυτιάσει, οἱ δ' ἄπειροι ἐν ἀμφοῖν· οὕτως ὁ μὲν πεπαιδευμένος* e. q. s.: cf. Heinzii commentationem quae inscribitur *Ariston v. Chios bei Plutarch u. Horaz.* — Quae quamquam una cum Hensiana illa quam supra laudavi prodiit (in Mus. Rhen. vol. XLV), tamen in his conscribendis adhibere potui, cum liberaliter vir doctissimus mihi permitteret, ut eam priusquam publici iuris fieret inspicerem atque meum in usum converterem: cuius humanitatis etiam hoc loco grato animo meminerim.

2) Haec similitudinis pars legitur in Plut. *π. εὐθυμίας* libello (cap. 17 p. 476): *καὶ πάρεστιν ἀπονήξασθαι τοῦ σώματος ὥσπερ ἐφολκίου μὴ στέγοντος*; cf. Heinze l. c.

De Bionis π. ταφῆς commentatione inspicias Hensii prolegg. p. LXXXVII; quod ipsius colloquii inter Bionem et Polynicem Euripideum habiti nihil occurrit apud alios scriptores, qui de exilio egerunt, ita explicandum esse videtur, ut haec π. ταφῆς commentatio non ad rem ipsam pertineat[1]): quamquam eius simillima est quae apud Musonium et Plutarchum de παρρησίᾳ habetur disputatio, de qua paulo infra accuratius dicendum erit.[2]) Dio Chrysostomus denique Electram atque Orestem de exilio inter se colloquentes inducit, sed non ut eorum opinionem refutet: immo cum aliis rebus tum his verbis se commotum esse profitetur, **δεινὸν ἡγεῖσθαι καὶ βαρὺ τὸ συμβεβηκός**, nempe exilium (or. XIII p. 420R).

Omnia igitur quae Bionis esse cognovimus apud posterioris aetatis scriptores occurrunt; restant nonnulli loci, quibus non ad verbum Stilponea ab aliis descripta, sed aliquo modo variata esse apparet. Atque primum quidem similis illius loci Teletei, quo de μετοίκῳ dicitur (p. 20, 4 sqq.), locus extat in

---

1) Simile aliquid eorum quae hoc loco Polynici respondentur habes apud Varronem (Cycnus π. ταφῆς 2B): „*Denique si vestimenta ea opus sunt quae fers, cur conscindis? si non opus sunt, cur fers?*“ — De morte peregrina habes quaedam in Sen. *de rem. fort.* III, 2 p. 101 Rossb.; tanquam exilii remedium mors laudatur dial. VI, 20, 2.

2) Saepius quam e reliquis tragoediis e Phoenissis versus afferuntur, saepius quam aliae personae tragicae Eteocles atque Polynices exemplo sunt. Quo probatur Epict. diss. II, 22, 13 illud **πᾶν ζῷον οὐδενὶ οὕτως ᾠκείωται, ὡς τῷ ἰδίῳ συμφέροντι**, diss. IV, 5, 29 **τὸ περὶ ἑκάστου τούτων δόγμα τοῦτο τὸ βλάπτον, τοῦτο τὸ ἀνατρέπον** esse: fratres illos inimicos reddit **τὸ δόγμα τὸ περὶ τυραννίδος, τὸ δόγμα τὸ περὶ φυγῆς**: adicitur prioris illius loci argumentum (§ 31), ut utrumque coniunctum habes man. c. 31, 4. Avaritiae exemplum sunt in Dion. Chrys. or. XVII p. 467 R (**ἐπεὶ διέστησαν τοῦ πλείονος χάριν**), ubi quod fratres fuerint premitur ut in illis locis Epicteteis, id quod solum tractatur in or. LXXIV (p. 398 R II: fides **ἐκ τῶν λόγων καὶ τῆς συνηθείας καὶ τῶν ὅρκων καὶ τοῦ γένους καταγέλαστος**). Alterum fratrum par cum his hoc loco coniungitur, Atrei atque Thyestis, atque patris filiique, Thesei et Hippolyti: utrique fratres occurrunt in simili materia (**ἀμέλει γὰρ καὶ φιλοτιμότερόν ἐστι καὶ τῆς ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας τὸ κακόν**) in Philodemi **περὶ ὀργῆς** libello (col. XLII): **ὡς πολλοὶ παραπλήσιον τοῖς Οἰδίποδος υἱοῖς καὶ τοῖς Πέλοπος καὶ Πλεισθένους**, atque haec nos ad Epictetum reducunt, ubi argumentum tragoediarum **τὸ φαινόμενον** esse disseritur (diss. I, 28, 31): hic enim praeter Oedipum et Phoenicem **Ἀτρεὺς Εὐριπίδου** et **Ἱππόλυτος** commemorantur.

Plut. π. φυγῆς cap. 17. *Ἀλλ' ἐπονείδιστον ὁ φυγάς ἐστιν. — Παρά γε τοῖς ἄφροσι, οἵ καὶ τὸν πτωχὸν λοιδόρημα ποιοῦνται καὶ τὸν φαλακρὸν καὶ τὸν μικρὸν καὶ νὴ Δία τὸν ξένον καὶ τὸν μέτοικον.*	Teles p. 20, 4. *ἀλλὰ καὶ ὅτι μέτοικος ὀνειδίζουσιν οἱ πολλοὶ λέγοντες ..*
.. τί οὖν οὐ καὶ σὺ λοιδορούμενος φυγὰς ἀποκρίνῃ· καὶ γὰρ ὁ τοῦ Ἡρακλέους τοῦ καλλινίκου πατὴρ φυγὰς ἦν καὶ ὁ τοῦ Διονύσου πάππος .. εἰς τὰς Θήβας παραγενόμενος.	*καὶ Κάδμον μὲν τὸν κτίστην Θηβῶν θαυμάζεις, ἐμὲ δὲ εἰ μὴ* ⟨*εἰμι*⟩ *πολίτης ὀνειδίζεις; καὶ Ἡρακλέα μὲν ὡς ἄριστον ἄνδρα γεγονότα ἐπαινοῦμεν, τὸ δὲ ..*

Ubi quod in Hercule dissentiunt, aut ita explicandum est, ut Teles falso interpretatus sit Stilponem verbis *Ἡρακλῆς δ' ἐξ Ἄργους ἐκπεσὼν Θήβησι μετῴκει*, quae ab ipso apposita esse verisimile est et propter formam et propter collocationem, aut ita ut is qui cetera mutavit hoc quoque de Hercule ipso dictum in patrem transtulerit propter concinnitatem. Apud eundem Plutarchum occurrunt haec (π. φυγῆς c. 6 p. 601 D): *ἡμεῖς δ' αὐτοὶ συνδέομεν ἑαυτούς, συστενοχωροῦμεν, ἐγκατοικοδομοῦμεν, εἰς μικρὰ καὶ γλίσχρα συνελαύνομεν*, quae similia sunt illorum Teletis p. 15, 14 *ἀλλ' ἡμεῖς πολλαχοῦ αὐτοὺς κατορύττομεν καὶ φυγάδες γενόμενοι καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ μένοντες*, atque eadem sententia invenitur in Epict. diss. I, 25, 28 *καθόλου γὰρ ἐκείνου μέμνησο, ὅτι ἑαυτοὺς θλίβομεν, ἑαυτοὺς στενοχωροῦμεν* (quae sic interpretatur Epictetus: *τοῦτ' ἔστι τὰ δόγματα ἡμᾶς θλίβει καὶ στενοχωρεῖ*). Praeterea ab eodem aliam in formam convertitur, cum admoneamur (III, 20, 8): *παύσασθ' ἑαυτοὺς δούλους ποιοῦντες πρῶτον τῶν πραγμάτων, εἶτα δι' αὐτὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν ταῦτα περιποιεῖν ἢ ἀφαιρεῖσθαι δυναμένων*, nam (I, 1, 14) *θέλομεν πολλῶν ἐπιμελεῖσθαι καὶ πολλοῖς προσδεδέσθαι, καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ κτήσει καὶ ἀδελφῷ καὶ φίλῳ καὶ τέκνῳ καὶ δούλῳ.* Denique similitudo quaedam intercedit inter eam comparationem, quae de artibus sumpta a Stilpone p. 14, 2—5 adhibetur, atque eam, quam legimus in Plut. π. φυγῆς sermone c. 16 p. 606 C: *ἀλλ' οὐδὲ γεωμετρῶν φυγὴ παρρησίαν οὐδὲ γραμματικῶν ἀφαιρεῖται περὶ ὧν ἴσασι*

καὶ μεμαθήκασι διαλεγομένων· πόθεν γε δὴ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνθρώπων;[1]) Atque si accuratius inquirimus, qua ratione ac via Stilponea illis locis mutata sint, intelligimus, eis in universum magis varium sermonem indutum atque parvulas quasdam facetias interpositas esse, velut pro uno metoeco Stilponis series quaedam iniuria a stultis obiurgatorum inducitur, velut pro uno illo *κατορύττομεν* quattuor cumulantur verba, velut exempla illa Cadmi et Herculis narratiuncula illa de Antisthene exornantur. Iam senties opinor quo tendam: Bionis enim hanc Stilponeorum mutationem esse arbitror, quippe qui illius severae philosophiae novam et floridam vestem induerit. Plutarchum autem ipsum ea mutasse propterea veri dissimile est, quia eum Stilponem inspexisse nullum est indicium, cum Bionea haud raro suis interposuerit: neque enim multo infra certis argumentis demonstrabo, per magnam partem ipsius *π. φυγῆς* sermonis Bionis vestigia pressisse Plutarchum.

Quae omnia si tecum reputaveris — et quod Stilponea paucis tantum versibus propagata sunt, et quod Bionea omnia vel compluries occurrunt, quod denique quibusdam locis Stilponeis ipsorum Bionis retractationes opponi possunt — iam non dubitabis, puto, quin et ipsum Stilponem legerit Teles eumque in usum suum converterit, et simul alia Stilponea per Bionem receperit. Quae si non ita essent omnino non intelligeretur, quomodo illam *περὶ τοῦ δοκεῖν καὶ τοῦ εἶναι* commentationem talem composuerit Teles, qualis nunc legitur.

Cuius priorem partem Stilponis esse cognovimus atque omnia optime inter se cohaerere; melius enim esse, iustum esse, quam iustum videri ita demonstratur: cum omnia bene faciant homines, propterea quod boni sint, non quod boni esse videantur, cumque melius sit per quod bene vivant, quam per quod male (*δι' ὃ δ' εὖ βιοῦσι κρεῖττον, ἢ δι' ὃ μή*), melius quoque esse, bonum esse quam bonum videri, atque cum qui sit iustus bonus sit, non qui videatur, iustum quoque esse melius esse quam videri.[2]) Tum idem alio modo evincitur:

1) *Μουσικός τε καὶ γραμματικός* in similitudine affertur a Plut. *π. εὐθυμ.* c. 15; *de prof. in virt.* c. 1; virtutes eisdem fere verbis perfectissimae artium nominantur *π. τύχης* c. 5; *Demetr.* c. 1.

2) Haec extrema male habita ab epitomatore; sensus dubius esse

ut in reliquis ὅσα δοκοῦσιν ἄνθρωποι bonis ἔχειν αὐτὰ μᾶλλον ἢ δοκεῖν ἔχειν velis, cur in iustitia aliter res se habeat? Quae argumentatio postquam ita conclusa est ut bona illa enumerarentur — ut in sermone π. φυγῆς — corporis, externa, animi tria: φρονεῖν ἀνδρεῖος εἶναι (δικαιοσύνη), subito denuo adversarius opponit: Ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖος ἂν μᾶλλον βουλοίμην δοκεῖν ἢ εἶναι (p. 2, 5). Respondetur verbis haud dubie Stilponeis: Ἢ οὐχ ὁ ἀνδρεῖος καὶ ἄφοβος καὶ ἄλυπος καὶ οὐχ ὁ δρκῶν; (cf. ἄλυπος et ἄφοβος 2, 3; praeterea p. 42, 3. 16), cum simul dubium esse non possit, quin sententia arte cohaereat cum eis quae sequuntur: atqui haec Bionis esse vidimus. Sequitur, ut dicamus Teletem primum Stilponeum dialogum secutum esse, tum adiecisse, quae e Bione sumpserat, quibus ille eadem de re Stilponea subiciens in diatriba aliqua egerat. — Neque multo aliter res se habere in sermone π. ἀπαθείας verisimile est, quamquam certi aliquid de eo quoque is solum affirmare poterit, qui per omnes scriptores hunc τόπον quem vocant persecutus erit. Prima sermonis pars apud Bionem quoque in formam nescio quam redacta extitisse videtur propter Senecae illum locum (Hense prolegg. XL)[1]), neque minus extremi versus, nisi hi omnino Bioni, non Stilponi tribuendi sunt (p. 48, 2—4). Reliqua autem — praeter hanc conclusionem et Lacaenarum illa apophthegmata — vel eam ob causam e Stilpone ipso hausisse arbitror Teletem, quia in eis tam bene color Stilponeus servatus est, quam nusquam eis locis, quibus Stilponea per Bionis manum posteris tradita sunt.

---

nequit, quamquam vereor inserere cum Arnimio (*Götting. gel. anz.* 1890, 4 p. 25) post τοῦ δοκεῖν v. 10 ⟨καὶ ἄρα τὸ δίκαιον εἶναι τοῦ δοκεῖν⟩.

1) Nescio utrum se ipse deceperit an nos decepturus fuerit Seneca, cum ep. 74, 30 ut eos refellat, qui negent, non *esse aliud honesto bonum,* adicere se dicit eo, quod *pro nobis responderi soleat,* de suo *(sequitur illud quod me responsurum esse dicebam)* haec, quae comparanda sunt cum Teletis π. ἀπαθείας p. 43, 13:

non adfligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum. eodem enim animo fert illorum mortem quo suam expectat.	ὥστε οὖν (τὸν μακάριον scil.) μήτε ἐπὶ φίλου μήτε ἐπὶ τέκνου τελευτῇ λυπηθῆναι, εἴπερ μηδ' ἐπὶ τῇ αὐτοῦ. ἢ οὐκ ἄνανδροί σοι δοκοῦσιν εἶναι οἵ τὸν ἑαυτῶν θάνατον ἀγεννῶς καὶ μὴ εὐθαρσῶς προσδεχόμενοι;

Ceterum non Teleti ipsi tantum tribuam ingenii acumen, ut ipse indagaverit Stilponis dialogos: potius arbitror eum hac quoque in re Bionem secutum esse, qui consulto in sermonibus **περὶ ἀπαθείας** et **περὶ τοῦ δοκεῖν καὶ τοῦ εἶναι** Megaricum adiit et in sermone **π. φυγῆς** Stilponem, quippe qui ipse quamvis non e patria eiectus, tamen patria orbatus fuerit.

Caput II.

De Plutarchi et Musonii communibus fontibus.

Cum igitur Teletis sermonem **π. φυγῆς** satis exhauserimus, iam — ut propositum nobis erat — ad posterioris aetatis scriptores transeamus, atque primum quidem ad eas Musonii et Plutarchi partes, quibus similitudinem quandam esse cum Bionis **π. ταφῆς** commentatione illa, quae in fine Teletei sermonis extat, supra adnotavi.

I. Comparemus igitur inter se utriusque locum, quo de *παρρησίᾳ* agitur subiectis illis Euripidis Phoenissarum versibus (388 sqq.), quibus Polynices et Iocaste de exilio colloquntur:

Plut. c. 16. *ἀλλ' ἐπεὶ πολλοὺς τὰ τοῦ Εὐριπίδου κινεῖ δυνατῶς τῆς φυγῆς κατηγορεῖν δοκοῦντος, ἴδωμεν ἃ λέγει καθ' ἕκαστον ἐρωτῶν καὶ ἀποκρινόμενος·*	Muson. p. 73, 19. *νὴ Δί' ἀλλ' Εὐριπίδης φησὶν ἐλευθερίας στέρεσθαι τοὺς φυγάδας, ἐπεὶ καὶ παρρησίας. πεποίηκε γὰρ τὴν μὲν Ἰοκάστην πυνθανομένην Πολυνείκους τοῦ υἱέως,*
ΙΟ. Τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἦ κακὸν μέγα;	
ΠΟ. Μέγιστον· ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον ἢ λόγῳ.	
ΙΟ. Τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσι τὸ δυστυχές;	*τίνα δυσχερῆ*[1]) *τῷ φεύγοντί ἐστιν· ὃ δ' ἀποκρίνεται ὅτι*
ΠΟ. Ἓν μὲν μέγιστον· οὐκ ἔχει παρρησίαν.	*ἓν μὲν μ. ο. ἔ. π. ἡ δ' αὖ πρὸς αὐτόν·*
ΙΟ. Δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ.	*δούλου τόδ' εἶπας μ. λ. ἃ τ. φ.*

---

1) *δυσχερές* in Eurip. legitur.

ΠΟ. Τὴν τῶν κρατούντων ἀμαθίαν φέρειν χρεών. ταῦτα πάντως[1]*) οὐκ ὀρθῶς οὐδ' ἀληθῶς ἀξιοῦται. πρῶτον μὲν γὰρ οὐ δούλου τὸ μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ, ἀλλὰ νοῦν ἔχοντος ἀνδρὸς ἐν καιροῖς καὶ πράγμασιν ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς δεομένοις.*	*ἐγὼ δὲ φαίην ἂν πρὸς τὸν Εὐριπίδην ὅτι, ὦ Εὐριπίδη, τοῦτο μὲν ὀρθῶς ὑπολαμβάνεις, ὡς δούλου ἐστὶν ἃ φρονεῖ μὴ λέγειν, ὅταν γε δέῃ λέγειν· οὐ γὰρ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ καὶ πρὸς ὁντινοῦν λεκτέον ἃ φρονοῦμεν.*

Atque eorum quae ad v. 393 apud Plutarchum respondentur vestigia inveniuntur apud Musonium:

Plut. *ἀλλὰ καὶ μᾶλλον πολλάκις οἱ μένοντες τῶν ἀπαλλαγέντων τοὺς ἰσχύοντας .. δεδίασι.*	Mus. 74, 7. *πολλοῖς γὰρ ὑπάρχει καὶ τῶν ἐν τῇ πατρίδι ὄντων, μᾶλλον δὲ τοῖς πλείστοις τὰ δοκοῦντα δεινὰ δεδιέναι.*

1. Utrumque quin ad eundem redeat fontem dubium esse non potest; quem Bionem fuisse propter illam similitudinem verisimile fit: sed ut certius hac de re iudicari possit, — ita ut omnino hanc disserendi cum persona tragica rationem ad Bionem referre possimus — alio ex loco efficitur, cui Bionis nomen ipsum praefixum est. Ut enim demonstret *τὸ εὔρρουν καὶ τὸ εὐδαιμονικόν* non in regno esse Epictetus (diss. III, 22, 30 sqq.) Neronis et Sardanapali exemplis allatis tertium producit Agamemnonem: *Ἀλλ' οὐδ' Ἀγαμέμνων εὐδαίμων ἦν, .. ἀλλὰ τῶν ἄλλων ῥεγκόντων ἐκεῖνος τί ποιεῖ;*

Πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας. (Il. *K* 15)

Iam sequitur longius inter regem illum antiquum et Epicteti auctorem colloquium. Sed ubi extet nomen Bionis fortasse quaeras. Iam igitur evolvas Cic. Tusc. disp. lib. III, 26, 62, ubi haec leguntur: *hinc ille Agamemno Homericus et idem Accianus*

scindens dolore identidem intonsam comam,

in quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur.[2]) Quod Acci

1) *πρώτως* codd., quod sensu caret; *ὁρᾷς ὡς* Reiske.

2) Apud Ciceronem etiam quae antecedit descriptio maerentium Bioneae cuiusdam quasi umbra esse videtur.

nomen hic legitur, ita explicandum est, ut aliis quoque locis Ciceronis, ubi versus poetarum Romanorum afferuntur pro versibus Graecis, quos apud auctorem suum invenit (cf. Tusc. II, 11, 26): in fonte Graeco nimirum hoc loco extitit unus Agamemno Homericus. Neque enim quod apud Epictetum id ipsum omissum est, quod Bio ad hunc versum e more suo adnotavit, est cur mireris, cum omnino multum — etiam in sequentibus — mutaverit, atque ita quidem, ut *τοῦ σπουδογελοίου* Cynici ridiculum quantum posset detraheret, severum retineret: facile igitur intelliges, cur hunc potissimum versum spreverit Stoicus. — At forma orationis non est ea quam exspectamus: nonne versibus usus loqui Agamemno debet? — Atque ita locutus est, nempe apud auctorem Epicteti, cui id ipsum nimis *θεατρικόν* videbatur, ita ut eiceret versus. — Sed „unde tu hoc scis" quaeris? — Ex ipsis Epicteti verbis, quibus adhuc interdum aliquid poetici adhaeret: quin unus locus omnino non intelligetur, nisi versum mente antea reposueris. § 34 enim invehitur philosophus in regem, cur non potius mortem sibi inferat, quam ut ploret, quod Graeci moriantur: *τί οὖν πενθεῖς;* — *Οὐᾶ βασιλεὺς, καὶ τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἔχων.* — *Ἀτυχὴς βασιλεὺς οὐ γίγνεται, οὐ μᾶλλον ἢ ἀτυχὴς Θεός. τί οὖν εἶ; ποιμὴν ταῖς ἀληθείαις· οὕτω γὰρ κλάεις ὡς οἱ ποιμένες* e. q. s. „Quid igitur es? revera pastor" — haec omnino bonum sensum non praebent, nisi in eis quae antecedebant de pastoribus improprie dictis commemoratum erat. Usus erat igitur antea Agamemno illo „*ποιμένι λαῶν*", fortasse ut huic non licere mori diceret. — Cum hic fere efficere possimus versus olim extitisse, compluribus aliis locis verisimillimum esse dixerim orationem pedestrem mutatis versibus confectam esse, velut illud *πολύχρυσος πολύχαλκος* § 31 *K* 315 de Dolone dicitur; § 32 fortasse pro *οὐαί μοι, οἱ γὰρ Ἕλληνες κινδυνεύουσι* fuit *αἰνῶς γὰρ Δαναῶν περιδείδια* (*K* 93), pro *ὑφ' ἓν πάντες* (§ 33) *πάντες ὁμῶς* (*ψ* 332), *τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἔχων* denique *σκηπτοῦχον βασιλέα* in memoriam nobis revocat, neque lupi (§ 35) Homericis desunt similitudinibus.

Neque sententiae nonnullae — quamquam tota haec pars retractata est ita ut Stoicam praebeat speciem, et ipsum quidem Musonium Epictetumque reddentem — multum a Bioneis absunt,

quin Stilponeorum quorundam memoriam afferunt. Illud enim *τί οὖν διαφέρει* legitur § 33; sententia illa magis vera quam urbana *οὐκοῦν κέρδος μέγα στερηθῆναι μοιχικοῦ γυναικαρίου* eadem est quam Stilpo comparationis causa affert, ut malum non esse demonstret, *εὑρεθῆναι τὴν πατρίδα μοχθηρὰν καὶ ἀχάριστον οὖσαν* (Teles p. 18, 16 sq.); denique extrema verba (§ 37) *καταφρονηθοῦμεν οὖν ὑπὸ τῶν Τρώων. — Τίνων ὄντων; φρονίμων ὄντων ἢ ἀφρόνων; εἰ φρονίμων, τί αὐτοῖς πολεμεῖτε; εἰ δ' ἀφρόνων, τί ὑμῖν μέλει;* simillima sunt argumentationis illius, quae in Musonii *π. φυγῆς* sermone legitur inde a verbis (p. 75, 20) *καὶ γὰρ δὴ δυοῖν ἀνάγκη τὸ ἕτερον, ἢ ἀδίκως ἢ δικαίως σε φεύγειν*: uterque vero Musonii locus ex eadem pendet sententia, ex qua illa Stilponis ap. Tel. p. 18, 3 sqq. Illud *σοὶ δὲ .. ἡ θύρα κέκλεισται;* tam saepe in dissertationibus Epicteteis repetitur, ut aliquid certi de eo affirmari non possit (cf. Upton. in adnott.), quamquam nescio an id ipsum quoque e Bione originem duxerit (cf. Teles p. 10, 14 *ὅταν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας οὐ κομιζόμενος τὴν θύραν ἀφέλῃ* e. q. s.).

Duobus autem his locis, quibus ipsum Bionis nomen adhaeret, tertium addidit nuper Heinze (*de Hor. Bion. imit.* p. 29) Horatianum (Sat. II, 3, 187—223), quo simili ratione Agamemnonem multo insaniorem esse quam Aiacem demonstratur, quem hanc ipsam ob causam sepeliri ille vetat. Minime enim mirum videtur quod forma orationis versu ita detersa est, ut cognosci non possit, quatenus auctorem Graecum atque tragoediae versus secutus sit poeta. — Neque ipsas sententias nescio an mutaverit Horatius, ut paradoxon illud de quo per totum sermonem agitur exemplo Agamemnonis confirmari videretur.[1])

---

1) Ut universam huius sermonis indolem optime mihi Kiessling describere videtur: „nicht immer lässt sich scharf scheiden, wo uns des dichters herzensmeinung entgegentritt, . . oder wo lediglich die manier der stoischen kapuzinaden travestiert wird," ita simile iudicium de omnibus eis satiris ferri potest, in quibus alium loquentem inducit Horatius. Quae de industria ita disposuisse videtur poeta, ut et satis ingenue alios vituperare atque irridere posset et simul se ipsum satis tutum praestaret; nam si quis propter hanc vel illam sententiam cum eo litigaturus erat: „Quid? — dicere poterat — num ego id dixi? Damasippus dixit, Davus dixit." Atque qualem horum ipsorum auctoritatem facit!

Iam redeamus unde digressi sumus. Atque versus quidem apud utrumque et Musonium et Plutarchum servati sunt, fidelius ab hoc quam ab illo; sed deesse videtur — quod alterum illi figurae adiungi debet — ipsa dialogi forma: Plutarchus enim omnia per tertiam personam disserit, atque Musonius vel Euripidi ipsi tanquam magister praecepta dat. Sed id ipsum indicat apud utrumque non genuinam formam servatam esse: immo uterque quae sibi proprium Bionis ingenium nimis prodere videbantur suo modo occultare studuit, atque Plutarchus quidem quam fieri poterat simplicissime atque elegantissime, Musonius satis mire atque ineleganter. Huic enim atque discipulis praeter ceteros ut acceptae erant ipsae Bionis sententiae ita ingrata quae eis induta erat forma, quam semper omni modo detergebant.

2. Cum igitur formam vere Bioneam subesse cognoverimus, iam videamus de sententiis ipsis, ut eo certius Borysthenitam auctorem fuisse evincatur, quamquam vel ex eo quod Plutarchus et Musonius eodem e fonte hauserunt[1]) notissimum

Damasippus *descripsisse* satis habet *docilis praecepta* Stertinii, haud sapientior quam discipulus ille cuius omnis doctrina continetur verbis

denn was man schwarz auf weiss besitzt
kann man getrost nach hause tragen!

Catius praecepta canit, quorum *celabitur auctor*. Quid Davus?: „*Crispini docuit me ianitor.*" In his certe nihil „Menippei", quod nuper etiam Heinze cognovisse sibi visus est.

1) Wendland (*quaest. Muson.* p. 54 sqq.) ita explicat consensum qui inter Plutarchum intercedit et ea quae *ἐκ τῶν Μουσωνίου* apud Stobaeum servata sunt, ut utraque e *λόγοις* Musonii deperditis fluxisse dicat. Quae cum certis argumentis neque demonstrari neque refutari possint, per se minime verisimile esse dixeris, Plutarchum quippe qui suae linguae auctores optime noverit atque omnino vir magnae fuerit eruditionis, sua de libris hominis barbari deprompsisse, qui quamvis magno fuerit animi candore atque bono animo praecepta ediderit, tamen per unumquemque librorum versum Romanum se praebebat, cuius vitiis homo Graecus magis deterrebatur, quam nos virtutibus eiusdem allicimur. — Etiam eis quae Hense exponit l. c. p. 546 sq. et p. 552 sq. meum de ratione inter Musonium et Plutarchum intercedente iudicium magis confirmari puto, quam Wendlandii opinionem. Omnes enim quos tractat vir doctus loci Plutarchi et Musonii communes tales sunt, ut Bionea eis subesse effici possit: id quod casu factum esse nequit, sed ita explicandum esse videtur, ut et in Musonium et in Plutarchum Bionea influxerint, aut nullo inter-

hunc fuisse apparet: atqui talis formae propriae inventor fere semper simul est in ea perfectus.

Atque primum aliquid vere Cynicum *παρρησία* est: Diogenes enim *ἐρωτηθείς* „*τί κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις*" *ἔφη* „*παρρησία*"; inter *ὁμοιώματα* Aristonis Chii, Stoici illius paene Cynici, illud traditum est (ap. Stob. 13, 22; I p. 261 M.): *ὅμοιον ἀψινθίου τὸ δριμὺ καὶ λόγου τὴν παρρησίαν ἐκκόψαι.* Neque in Teletis *π. φυγῆς* sermone omnino deest, sed commemoratur (p. 15, 16) inter *ἄρχειν* et *πιστεύεσθαι*, quamquam non fusius

---

cedente medio aut per Aristonem. Ceterum posteriore loco (Plut. *de tuend. san.* c. 7 p. 125 E = Clem. Alex. Paed. II, 12 p. 172 P) etiam in Teletis loco quem recte comparat Hense (p. 25, 10) illius similitudinis vestigium exstat (*καθάπερ ἐκ πολεμίας ἀφειδῶς ἐπισιτιζομένους*), quamvis prava Gessneri coniectura obscuratum. Nam quae cum hoc leguntur *καὶ ἐὰν μὲν πρὸς ἕτερον* (sic H. l. c.) *κληθῇ, ἐκπαθῶς ἀπολαύει· αὐτὸς δὲ ἔχων οὐθενὶ ἂν παρέχοι ἀλλ' ἐπιθυμῶν στραγγεύεται* ita intelligenda sunt, ut *αὐτὸς* — *παρέχοι* et *ἀλλ'* — *στραγγεύεται* inter se. opponantur („*ἀλλά*"): at revera sententiae „ipse possidens nemini quicquam praebet" minime opposita est illa „ipse concupiscens cunctatur". Contra optime diceret „ipse quamvis habeat aliquid ut cum ullo communicet tantum abest ut concupiscens ab aliis vescatur": *αὐτὸς δὲ ἔχων οὐθενὶ ἂν παρέχοι, ἀλλ' ἐπιθυμῶν στρατεύεται*, id quod codices exhibent. — Eodem igitur Bionis loco usus est Teles more suo eum interpretans verbis *αὐτὸς δὲ ἔχων οὐκ ἂν παρέχοι* appositis: quo facto sententia quae sequitur (tertia), apud Bionem (ut apud Plutarchum et Clementem) coordinata primae (*ἐκπαθῶς ἀπολαύει*), secundae opponenda erat. Quod ipsius similitudinis quasi umbra tantum apparet, epitomatori tribuas. — Neque extremis Hensii verbis assentior — ut haec statim addam, quamquam ad ea potius spectant, quae infra expositurus sum — quibus Aristonea per Musonium influxisse in Plutarchum se arbitrari profitetur (p. 554); nullus enim dubito, quin Plutarchus ipsa Aristonis scripta legerit atque praeter ceteros Plutarchus genuinum Aristonem servaverit, quippe qui certe universam sententiarum indolem non novaverit. Contra Musonium in illis de exilio Bionea non recepisse, sed ad suae philosophiae normam mutasse cognoscemus: ubi si quis opponat, nobis non veros Musonii *λόγους* in manibus esse, sed tantum capita ex eis aut descripta aut excerpta, respondebo, certe sententias auctorem horum capitum non permutasse. Immo dubitet aliquis, num Musonius Aristonem noverit, cum certe in eis Musonianis, quae sunt de exilio, quicquam Aristonei inesse effici non possit, quamvis multa licet recognituri simus Bionea. — Citius Xenophonteis illis eo adducor, ut extremam sermonis *π. ἀπαθείας* partem (p. 47, 7 sqq.) e Bione hausisse Teletem iudicem, qui tamen ipse Stilponea in suum usum converterit (cf. supra p. 18 p. 31).

de ea agitur aut Teletis aut epitomatoris culpa. Certe mirum esse videtur, quod eo quo παρρησίαν tractari exspectaveris loco invenitur longior illius ἐν τῇ ἰδίᾳ ταφῆναι tractatio in eandem orationis formam redacta: quamquam quomodo hoc explicandum sit plane nescire me fateor. — Denique Bio ipse quid de παρρησίᾳ senserit non ignoramus, quaenam ratio inter illam atque τὴν δυσγένειαν intercedat et τὴν πενίαν (Plut. *quom. adol. poet. aud. deb.* c. 4. p. 22 A), dummodo quae Laert. Diog. IV, 51 tradidit recte legamus atque intelligamus, ut Hense nuper docuit (prolegg. p. LXX sq.), scilicet ita ut adversarii verba esse dicamus quae apud Laertium extant. Neque vero ipsa forma multum differt a nostro loco — bis enim versibus adiuncta est Bionis sententia (Eurip. Hippol. 426; Theogn. 177) —, neque quae respondentur et δυσγένειαν et φυγήν culpanti a Bione nimis diversa sunt, siquidem Hensium secuti ea quae ap. Plut. *quom. adol. poet. aud. deb.* c. 9 p. 28 D illi versui opponuntur Bionis esse putamus, id quod verisimillimum esse dixerim. Eadem enim ratione utitur qui alterum his refellit: διὰ τί δέ, ἂν ἐκ πατρὸς φαύλου καὶ ἀνοήτου γεγονὼς αὐτὸς ὦ χρηστὸς καὶ φρόνιμος, οὐ προσήκει μοι διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετὴν μέγα φρονεῖν ἀλλὰ καταπεπλῆχθαι καὶ ταπεινὸν εἶναι διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀμαθίαν; alterum vero talibus, qualia leguntur inter se similia apud

Muson. p. 74, 6. τοῦτο δὲ τὸ δέος μὰ Δία οὐχ ἡ φυγὴ ποιεῖ· πολλοῖς γὰρ ὑπάρχει καὶ τῶν ἐν τῇ πατρίδι ὄντων, μᾶλλον δὲ τοῖς πλείστοις τὰ δοκοῦντα δεινὰ δεδιέναι. ὁ δὲ ἀνδρεῖος[1]) οὐδὲν ἧττον φυγὰς ὢν ἤπερ οἴκοι θαρρεῖ πρὸς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα· διὸ καὶ λέγει ἃ φρονεῖ . . .	Plut. p. 606 C. ἀλλ' οὐδὲ γεωμετρῶν φυγὴ παρρησίαν οὐδὲ γραμματικῶν ἀφαιρεῖται περὶ ὧν ἴσασι καὶ μεμαθήκασι διαλεγομένων· πόθεν γε δὴ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνθρώπων; ἀλλὰ τὸ ἀγεννὲς πανταχοῦ τὴν φωνὴν ἐμφράττει, τὴν γλῶσσαν ἀποστρέφει, ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ.

Extrema Plutarchi verba e Demosthene sumpta sunt[2]) atque ab ipso, ni fallor, hunc in locum inserta, cum occurrant

1) Pro viro καλῷ καὶ ἀγαθῷ Cynici Musonius reposuit sapientem Stoicorum qui virtute ἀνδρείας utitur (cf. Weber p. 137 adn. γενναῖος).

2) Cobet Mnemos. I p. 385 (Dem. *de falsa legat.* p. 406 A).

praeterea apud eundem *de cap. ex inim. util.* c. 4 p. 88 C ipso Demosthenis nomine praefixo accuratius descripta: atqui solet talia quibus delectatur bis vel ter Plutarchus inserere data occasione. Quamquam etiam Bionem aliorum dicta in suum usum convertisse, velut in illa Paupertatis oratione, demonstrari potest: certe illo loco quae antecedunt si paulo accuratius inspexerimus, cognoscemus haud parvam intercedere similitudinem inter haec atque illos quos modo ad *παρρησίαν* pertinentes commemoravi locos. Quibus ut de *δυσγενείᾳ* de *πενίᾳ* de *φυγῇ* agitur, ita hic de clade: *νικώμενοι φησὶ Πίνδαρος ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται*; quae autem respondentur eandem sequuntur rationem quam prima quae ad *φυγήν* adnotantur verba: *οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ πάντες, ἀλλ' ὅσοι νικωμένους αὐτοὺς ὁρῶσιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιμελείᾳ χρηστότητι μεγαλοφροσύνῃ φιλανθρωπίαις εὐεργεσίαις.* Ubi longa enumeratio ut Bionem resipere videtur, ita in eis quae sequuntur *εἰ θέλεις ἀνιᾶν τὸν μισοῦντα, μὴ λοιδόρει κίναιδον μηδὲ μαλακὸν μηδ' ἀκόλαστον μηδὲ βωμολόχον μηδ' ἀνελεύθερον* (cf. Plut. *π. φυγῆς* c. 17 *τὸν πτωχὸν λοιδόρημα ποιοῦνται καὶ τὸν φαλακρὸν καὶ τὸν μικρὸν καὶ νὴ Δία τὸν ξένον καὶ τὸν μέτοικον* et supra p. 29). Neque minus quae leguntur p. 88 D *ἐνδύου τῇ ψυχῇ, περισκόπει τὰ σαθρά, μή τίς σοί ποθεν ὑποφθέγγεται κακία τὸ τοῦ τραγῳδοῦ·*

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

(Nauck p. 703) in memoriam nobis revocant Diogenem illum Bionis (ap. Tel. *π. αὐταρκ.* p. 5, 11), qui *ἀκηκοέναι τῆς Κακίας ἑαυτὴν αἰτιωμένης·*

οὔτις ἐμοὶ τῶνδ' ἄλλος ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτή

se dicit. (Hoc quoque Plutarchi loco in fonte *ἡ Κακία* extitisse pro illo *κακία τις* arbitror, quod consulto mutavit ille.)

Quae si omnia reputaverimus, non dubium esse poterit opinor, quin sententiae quoque huius de *παρρησίᾳ* loci vere Bioneae sint. Iam accedamus ad exempla. Atque apud Musonium unum quod affertur Diogenis Cynico fluxisse e fonte consentaneum est; sed etiam quis hic fuerit paulo accuratius demonstrari potest. Eadem enim exempla *παρρησίας* Diogenis quibus accedunt illa colloquii cum Philippo et colloquii cum Alexandro habiti, leguntur in Epict. diss. II, 13, 24; similis

autem sermo atque apud Musonium exstat p. 74, 16—18 in Epict. diss. IV, 1, 156 (*ἄρα γ' ὅτι ἐξ ἐλευθέρων ἦν; πάντες Ἀθηναῖοι καὶ πάντες Λακεδαιμόνιοι καὶ Κορίνθιοι διὰ τὸ ἐκ δούλων εἶναι οὐκ ἠδύναντο αὐτοῖς ὡς ἐβούλοντο διαλέγεσθαι;*). Atqui quae narrantur in diss. IV, 1 de Socrate Bionem redolent[1]), simul autem simillima sunt quae narrantur

Epict. II, 13, 24 *λέγειν δὲ Σωκράτης ἐμελέτα ὁ πρὸς τοὺς τυράννους οὕτω διαλεγόμενος, ὁ πρὸς τοὺς δικαστάς, ὁ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ.*

IV, 1, 164 *ὁ μὴ ἐπιψηφίσας Ἀθηναίων κελευόντων, ὁ τοὺς τυράννους ὑπεριδών, ὁ τοιαῦτα περὶ ἀρετῆς καὶ καλοκἀγαθίας διαλεγόμενος.*

Quibus si adicias, utroque loco Diogenem et Socratem inter se coniunctos esse, utroque autem loco quae de Diogene narrantur aliquid simile habere eorum quae apud Musonium legimus, haud audacius iudicasse videbimur, quod haec quoque in Bionem redire censemus.[2]) Quod si verum est fortasse casu factum esse putes, quod apud Musonium non narratur, quomodo Diogenes *παρρησίᾳ* in reges Macedonum usus sit, sed fortasse malis dicere, consulto haec omisisse Musonium, ne Caesarem offenderet, cum satis notum sit, propter ipsam *παρρησίαν* imperatoribus Stoicos invisos fuisse. Quin p. 74, 20—28 a Musonio ipso apposita sint dubium esse non potest.

Aliter res se habet in eis narratiunculis quas Plutarchus annectit de Theodoro quem *ἄθεον* vocant, Bionis magistro, qua *παρρησίᾳ* bis contra Lysimachum usus sit, de Philippo et Diogene quomodo apud Chaeroneam collocuti sint, denique de

---

1) Cf. Hense p. XXXVII, qui tamen non apte comparationem instituit: respondent potius inter se

Teles p. 11, 10 *καθάπερ καὶ Σωκράτης· ἦν αὐτῷ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, εἰ ἐβούλετο, ἐξελθεῖν, καὶ τῶν δικαστῶν κελευόντων .. οὐ προσεῖχε .., καὶ τριῶν ἡμερῶν αὐτῷ δοθεισῶν τῇ πρώτῃ ἔπιεν ..*

Epict. IV 1, 162 *εἶθ' ὅτ' ἀπολογεῖσθαι ἔδει ὑπὲρ τοῦ ζῆν μή τι ὡς τέκνα ἔχων ἀναστρέφεται ..; τί; ὅτε πιεῖν ἔδει τὸ φάρμακον πῶς ἀναστρέφεται; δυνάμενος διασωθῆναι καὶ τοῦ Κρίτωνος αὐτῷ λέγοντος* e. q. s.

2) Cf. etiam IV, 1, 114 *ταύτην ἠλευθερώθη Διογένης παρ' Ἀντισθένους καὶ οὐκέτι ἔφη καταδουλωθῆναι δύνασθαι ὑπ' οὐδενός.* (115) *διὰ τοῦτο ὅτε ἑάλω πῶς τοῖς πειραταῖς ἐχρῆτο; .. πῶς ἐπράθη; μή τι κύριον ἐζήτει, ἀλλὰ δοῦλον.*

Hannibale Antiochum vituperante quod faciat quae caro iusserit, non quae mente praeditus homo. Haec enim extrema cum ad historiam potius quam ad philosophiam pertineant, Plutarchus ipse ad philosophiam primus revocasse videtur[1]); reliquas autem narratiunculas cum vel propter personas ipsas e philosophia ortas esse appareat, tamen unde eas sumpserit Plutarchus pro certo dici nequit. Inter ea enim potius numerandae esse videntur, quae tanquam nummuli philosophorum omnibus semper praesto sunt atque ab omnibus eduntur, quamquam nemo facile dixerit, unde acceperit hoc illud. Quod autem tales narratiunculae eodem nos ducunt quo sententiae antea expositae, quas ut confirment afferuntur, quod e. g. argumentatio, quam ad Bionem „Cynicum paene Cyrenaicum“ ut ita dicam redire verisimile est, exemplis de Theodoro et de Diogene sumptis confirmatur non est cur mireris. — Quae de Diogene et Philippo narrantur eodem modo, scilicet ut παρρησίαν Cynici illustret, praeterea adhibet Plutarchus *quom. adul. ab amico internosc.* c. 30 p. 70B (καὶ γὰρ ἐρώτησις ἐνίοις καὶ διήγησις καὶ ψόφος ὁμοίων ἐφ' ἑτέροις ἢ ἔπαινος ὥσπερ ἐνδόσιμον εἰς παρρησίαν ἐστίν) quamquam forma paulo novata, quam similiorem exhibet Laert. Diog. VI, 43 Dionysium Stoicum laudans auctorem, de quo quidem nihil scimus. Duarum illarum de Theodoro narrationum altera similiter disposita occurrit apud Laert. Diog. II, 102 (ὅτε καὶ παρρησιαζομένῳ φησὶν ὁ Λυσίμαχος) scilicet ut exulibus uti τῇ παρρησίᾳ licere defendatur; altera nusquam praeterea invenitur ita ut eam ad integrum restituere non possimus; quomodo Telesphorus punitus sit saepius enarratur. Cf. praeterea narratiunculam ap. Philon. Iud. *quod omn. prob. lib.* cap. 18.

Ea quoque quae hanc de παρρησίᾳ disputationem sequuntur apud Plutarchum ex eodem fonte hausta esse, cum per se iam verisimile est — eadem enim continuatur orationis forma atque omnia optime inter se cohaerent — tum etiam demonstrari potest, cum eorum quoque paucis Musonii quaedam respondeant:

---

1) Cf. Plut. *de cohib ira* c. 9 p. 457E διὸ καὶ συνάγειν ἀεὶ πειρῶμαι καὶ ἀναγιγνώσκειν οὐ ταῦτα δὴ μόνον τὰ τῶν φιλοσόφων, οὕς φασι χολὴν οὐκ ἔχειν οἱ νοῦν ἔχοντες, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ τῶν βασιλέων καὶ τυράννων.

Plut. p. 606 D *Τὰ δ' ἑξῆς τοῦ Εὐριπίδου ποῖά τιν' ἐστίν;*

ΙΟ. Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος;

ΠΟ. Καλοῖς βλέπουσι γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ.

καὶ τοῦτο τῆς ἀβελτερίας ἔγκλημα μᾶλλον ἢ τῆς φυγῆς ἐστιν· οὐ γὰρ οἱ μαθόντες οὐδ' ἐπιστάμενοι χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' οἱ ἀεὶ τοῦ μέλλοντος ἐκκρεμάμενοι καὶ γλιχόμενοι τῶν ἀπόντων ὡς ἐπὶ σχεδίας διαφέρονται τῆς ἐλπίδος, κἂν μηδέποτε τοῦ τείχους ἐκτὸς προέλθωσι.

ΙΟ. Φίλοι δὲ πατρὸς καὶ ξένοι σ' οὐκ ὠφέλουν;

ΠΟ. . . . .

ΙΟ. Οὐδ' ηὑγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;

ΠΟ. . . . .

Muson. p. 75, 9 *τούτων δὲ ταύτῃ ἐχόντων, εἰ μὲν ἀγαθὸς εἶ οὗτος καὶ τὰς ἀρετὰς ἔχεις, οὐκ ἄν σε βλάπτοι ἡ φυγὴ οὐδ' ἂν ταπανοίη παρόντων γε τῶν ὠφελεῖν καὶ ἐπαίρειν μάλιστα δυναμένων. εἰ δὲ τυγχάνεις κακὸς ὤν, ἡ κακία σε βλάπτει καὶ οὐχ ἡ φυγή.*

Hoc quoque loco Musonius virtutem Cynicorum, quae in usu posita est, cum virtute Stoicorum, quae in cognitione versatur, commutavit; personam secundam retinuit quidem, sed obscuravit pristinam orationis figuram verbis (p. 75, 16) *ταῦτα καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἔλεγον ἀεὶ καὶ πρὸς σὲ λέγω νῦν*, tanquam vereatur, ne quidquam eius perluceat, cum iam supra dixerit similia (p. 74, 29 *οἷς δὲ λογισμοῖς* . .). Praesertim autem verba *παρόντων γε τῶν ὠφελεῖν καὶ ἐπαίρειν μάλιστα δυναμένων* omnino intelligi nequeunt nisi comparantur cum forma principali.

Quam genuinam apud Plutarchum servatam esse confirmatur comparato loco Teletis (p. 28, 12), ubi Crates interroganti „*τί ἔσται μοι φιλοσοφήσαντι*“[1]) respondet „*βιώσῃ ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι, τῶν ἀπόντων οὐκ ἐπιθυμῶν, τοῖς συμβεβηκόσι οὐ δυσαρεστῶν*“. Quae cum Teletem per Bionem recepisse Hense demonstraverit (prolegg. p. CV), haud veri dissimile est hic in

1) Cf. dicta Chaerecratis et Platonis simili interrogationi respondentium in Gnom. Vatic. ed. Sternb. (*Wien. stud.* XI) n. 417. 430, Antisthenis et Diogenis Laert. Diog. VI, 6 (*τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν*), 63; Cratetis dictum VI, 86 *ὅτι ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ περιγένοιτο Θερμῶν τε χοῖνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.*

Bioneis Cratetea latere.[1]) Sententiam Cratetis ut iam Borysthenita magis vario sermone exornavit, (eandem habes in [Luciani] Cynico c. 17: *ὑμεῖς δὲ διὰ τὴν εὐδαιμονίαν οὐδενὶ τῶν γιγνομένων ἀρέσκεσθε καὶ πάντα μέμφεσθε καὶ τὰ μὲν παρόντα φέρειν οὐκ ἐθέλετε, τῶν δὲ ἀπόντων ἐφίεσθε*) ita novo etiam ornatu induta alio Plutarchi loco invenitur — unde haec sumpta sint adhuc in dubio relinquamus — *de tranq. anim.* c. 12, ubi item vituperantur, qui semper futura sperantes vivant: *οὐχ ἥκιστα τοίνυν εὐθυμίαν κολούει τὸ μὴ συμμέτροις χρῆσθαι πρὸς τὴν ὑποκειμένην δύναμιν ὁρμαῖς ὥσπερ ἱστίοις, ἀλλὰ μειζόνων ἐφιεμένους ταῖς ἐλπίσιν εἶτ' ἀποτυγχάνοντας αἰτιᾶσθαι δαίμονα καὶ τύχην, ἀλλὰ μὴ τὴν αὑτῶν ἀβελτερίαν.*[2])

Iam redeamus ad Polynicem! — In eis quae sequuntur (p. 606 E) quae de amicis et de nobilitate queritur ipsius verbis atque ipsis factis refelluntur, non ita ut argumentis philosophorum more dispositis Bio utatur. Quae rursus adfert contra Iocasten lamentantem, quod non ipsa faces nuptiales incenderit filio et quod Ismeni patrii aqua eum defecerit — *ὡς ἐν Ἄργει μήθ' ὕδωρ τῶν γαμούντων μήτε πῦρ ἐχόντων, τὰ τοῦ τύφου κακὰ καὶ τῆς ἀβελτερίας τῇ φυγῇ περιτίθησιν.*

II. Eadem de re etiam superiore loco a Plutarcho agitur eadem ratione (cap. 6 p. 601 C): *καίτοι γελῶμεν τὴν ἀβελτερίαν τοῦ φάσκοντος ἐν Ἀθήναις βελτίονα σελήνην εἶναι τῆς ἐν Κορίνθῳ, τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ πάσχοντες, ὅταν ἀμφιγνοῶμεν ἐπὶ*

---

1) Similiter *Quom. adol. poet. aud. deb.* p. 21 D singulis poetarum versibus clarorum virorum dicta opponuntur. Quae e fonte Cynico fluxisse recte cognovit Hense (p. LXXI), neque eum fugit, quaedam redire „in eo Plutarchi libro quo Bioneae facundiae non nihil servatum esse facile evincas, in libro de superstitione". Aliam partem in eis invenimus, quae supra Bionis esse cognovimus:

p. 21 E *πρὸς δὲ τὸν γράψαντα· „Ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἁ πονηρία" τρόπον τινὰ συνεξομοιοῦσθαι κελεύοντα τοῖς πονηροῖς, τὸ τοῦ Διογένους παραβαλεῖν ἔστιν· ἐρωτηθεὶς γὰρ ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρόν· αὐτός, ἔφη, καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος.*	*de cap. ex inim. util.* p. 88 B *ἔτι τοίνυν πρόσλαβε τὴν Διογένους ἀπόφασιν φιλόσοφον σφόδρα καὶ πολιτικὴν οὖσαν· „πῶς ἀμυνοῦμαι τὸν ἐχθρόν;" — „αὐτὸς καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος."*

2) Cratetea novo induta ornatu apud Aristonem Chium redire exemplo probat Hense l. c. p. 546.

ξένης γενόμενοι τὴν γῆν τὴν θάλατταν τὸν ἀέρα τὸν οὐρανὸν ὡς ἕτερα καὶ διαφέροντα τῶν συνήθων. Quae e fonte Cynico fluxisse compluribus argumentis probari potest. Atque primum quidem quod exemplis utitur Athenis et Corintho, quae semper fere in tali argumentatione afferuntur — quamquam propterea quoque nominantur quod maximae Graeciae urbes erant — Diogenem in memoriam nobis revocat, qui *ὅτε ἔφυγεν ἐκ Σινώπης ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἑλλάδα διῆγε ποτὲ μὲν ἐν Κορίνθῳ, ποτὲ δ' Ἀθήνησιν· ἔφη δὲ μιμεῖσθαι τοῦ Περσῶν βασιλέως τὴν δίαιταν* (Dio Chrysost. VI p. 197 R cf. Weber p. 86 sq.). Quo loco simul ea quae sequuntur Cynico fonti vindicantur: inde enim a Diogene usque ad posteriores philosophiae Cynicostoicae auctores iterum iterumque occurrunt, atque etiam in Clem. Alex. Paedag. II, 30 p. 185 P commemorantur *βασιλεῖς ἀνόητοι* qui *καὶ τὸ ὕδωρ ἐποίσονται.*

In fine huius argumentationis denique Athenarum et Spartae exempla afferuntur (Cephissus et Parnes[1]), Eurotas et Taygetus), quae et una cum Athenis et Corintho coniuncta invenitur et cum solis Athenis, quippe quae clarissimae Graeciae urbes fuerint; accedit quod Cynici semper quodammodo Spartae favebant, quippe quae eam vitae rationem, quam optimam esse ipsi putabant, in vita cotidiana sequeretur.

Ut singula Cynicum in memoriam revocant, ita sententia universa ipsa: nam ei solum, qui semper et ubique secundum naturam vivendum esse sibi proposuit, solacio esse poterat in commutatione loci, quod in eadem rerum natura maneret: atqui haec ratio hunc Plutarchi locum regit. Denique singula quaedam accedunt, quae ipsum Bionem notare videntur: et *ἀβελτερία* et *γλιχόμενοι* saepius occurrit in illa Euripidis refutatione; eandem sententiam, quae inest verbis *ἡ μὲν γὰρ φύσις ἐλευ-*

---

1) Eurotae cum Cephissus respondeat, Taygeto mons Atticus respondere debet; accedit quod haec ut nunc leguntur rationi minime satisfaciunt: nam aut montes et flumina coniungenda erant aut utriusque urbis mons et flumen; scribendum igitur est: *τοῦ Κηφισοῦ γλιχόμενοι καὶ τοῦ Πάρνηθος ἢ τὸν Εὐρώταν καὶ τὸν Ταΰγετον ἐπιποθοῦντες*; quae coniectura eo confirmatur quod litterarum mutatione fere non opus est. Ceterum quod tum accurate inter se membra respondent Bioneum sermonem redolere videtur (cf. Hense prolegg. p. LXXXIV).

θέρους ἡμᾶς καὶ λελυμένους ἀφίησιν e. q. s., invenimus etiam apud Teletem (p. 15, 14); quod hic et in sequentibus verba cumulantur Bionem indicat (Hense p. CVIII): *τὴν γῆν τὴν θάλατταν τὸν ἀέρα τὸν οὐρανόν — ἡμεῖς δ' αὐτοὶ συνδέομεν ἑαυτοὺς, συστενοχωροῦμεν, ἐγκατοικοδομοῦμεν, εἰς μικρὰ καὶ γλίσχρα συνελαύνομεν.* Eiusdem autem fontis e scatebris unde haec hausit Plutarchus ea quoque fluxerunt quae antecedunt, quorum et sententiam et formam Cynicorum esse facile probetur. Saepius enim ita de aliqua re docere Cynicos videmus, ut quam parva sit terra homines recordari iubeant, velut in Sen. ep. 91, 17 Alexander Magnus infelix nominatur, quod geometriam discere voluerit — *infelix ob hoc, quod intelligere debebat, falsum se gerere cognomen: quis enim esse magnus in pusillo potest?* —, dial. VI, 21, 2 cum terrae parvitate brevitas vitae comparatur. Similiter apud Plutarchum *π. εὐθυμ.* c. 4 p. 466 Alexander *περὶ κόσμων ἀπειρίας ἀκούων* flens dicit: „*Οὐκ ἄξιον δακρύειν, εἰ κόσμων ὄντων ἀπείρων ἑνὸς οὐδέπω κύριοι γεγόναμεν;*" Ubi ut exemplum Cratetis arte cum hoc coniunctum fontem Cynicum indicat, ita omnino Alexander Cynicis et philosophici regis exemplum est et tyranni superbi (cf. Dion. Chrysost. or. IV).

Neque minus similitudines de animalibus sumptae Cynici sunt (cf. Weber p. 106 sqq.). Similiter quam parva sit terra exemplo formicarum et apium demonstratur in Dion. Chrysost. or. XL p. 178 R II: reliqua in mundo omnia ordinem servant, *μικρὰ δὲ οὕτω πολίχνια τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων καὶ ἔθνη ἀσθενῆ κατοικοῦντα ἐν μέρει γῆς οὐ δύναται τὴν ἡσυχίαν ἄγειν οὐδὲ ἀθορύβως ἀλλήλους γειτνιᾶν; ἀλλ' ὄρνιθες οὐκ ἐπιβουλεύουσιν αὐτοῖς οὐδὲ διαφέρονται, . . οὐδὲ μύρμηκες . ., οὐδὲ ἑσμοὶ πλείονες μελιττῶν . . διαφέρονται.* Quem sententiarum ordinem etiam sequitur or. XLVIII p. 245 R II, ut concordiam civibus commendet, et eadem fere ratione qua hic Plutarchus Seneca progreditur quaest. nat. I prol. 8 sqq.: *quam ridiculi sunt mortalium termini! ... siquis formicis det intellectum hominis, nonne et illae unam arcam in multas provincias divident? ... Punctum est illud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis minima, etiam cum illis utrimque oceanus occurrit.* Denique ne primam quidem huius capitis partem a reliquis separandam esse puto, cum et sententiarum nexu omnia bene

inter se cohaereant (e. g. tres illae urbes Athenae, Corinthus, Sparta hic afferuntur, quarum binas infra bis coniungit) et Cynicam sententiam esse demonstrari possit, quin etiam Bioneam. Quamvis enim Antisthenes, cum *γηγενεῖς Ἀθηναίους* ludificaret tanquam *μηδὲν κοχλῶν καὶ ἀττελέβων εὐγενεστέρους*, praecipue nobilitatem quam sibi finxissent castigare voluerit, tamen his verbis simul professus est, quantopere contemneret eum qui glaebae adhaereret; atque hoc modo simile illud adhibetur a Plutarcho c. 3 p. 600 A: multi Sardiani malint cum tuis opibus exulare, quam *καθάπερ οἱ κοχλίαι τοῖς ὀστράκοις συμφυεῖς ὄντες, ἄλλο δὲ μηδὲν ἀγαθὸν ἔχοντες, τῶν οἴκοι μετέχειν ἀλύπως.* Sed etiam Bioneum hoc esse apparebit. Quae enim apud Musonium p. 71, 3 sqq. leguntur e Bione fluxisse propter similitudinem illam de qua supra (p. 26) egimus, manifestum est; quin etiam formam fideliter servavit Musonius, cum comparationis illius membra accuratissime sibi respondeant (cf. Hense prolegg. p. LXXXIV) et *δεινοπαθεῖν* illud vere Bioneum sit (cf. Tel. p. 13, 2; 44, 15; apud Plutarchum legitur hoc loco *ξενοπαθεῖν*); utrumque vero et quod Musonius et quod Plutarchus habet arte coniuncta inter se leguntur — quamvis contracta quodammodo — in Epict. diss. I, 9, 2. Ubi cum philosophus dixerit, qui unius urbis civem se esse profiteretur cur non potius de angulo illo nomen sumeret in quo casu natus esset, pergit (§ 3): *ἢ δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ κυριωτέρου καὶ περιέχοντος οὐ μόνον αὐτὴν ἐκείνην τὴν γωνίαν καὶ ὅλην σου τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς ὅθεν σου τὸ γένος τῶν προγόνων εἰς σὲ κατελήλυθεν, ἐντεῦθεν ποθὲν καλεῖς σεαυτὸν Ἀθηναῖον καὶ Κορίνθιον.* Quae omnia cum confirment ea quae hoc Plutarchi capite continentur e Bione fluxisse, accedit quod ea sententia, unde universa haec Plutarchi argumentatio pendet — scilicet ubicumque terrarum eandem esse rerum naturam — apud Musonium quoque invenitur, atque ita quidem permutata, ut quodammodo eam iam ingressus sit viam, qua postea Stoici magis magisque processerunt. Exilium, inquit, malum esse non potest (p. 70, 10), *ἥτις ὕδατος μὲν καὶ γῆς καὶ ἀέρος, ἔτι δ' ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων οὐκ ἀπείργει ἡμᾶς οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπων ὁμιλίας· ἁπανταχοῦ γὰρ καὶ πάντῃ τούτων μετουσία ἐστίν.* Paulatim igitur in locum naturae

terrestris, in qua homo versatur, quae familiaris amica ei est, in qua propterea semper atque ubique tanquam in patria est, succedit natura caelestis, quam homo admiratur atque veneratur, quam non iam corporis sed animi patriam esse sentit. Quae quomodo perfecta sint — utriusque rationis aliquid habere videntur quae Democriti feruntur in Stob. flor. 40, 7 (II p. 65 Mein.): *ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος* — locis quibusdam aliis quoque illustrari potest velut Epict. diss. III, 13, 16 (*ταῦτά τις ἐνθυμεῖσθαι ἔχων καὶ βλέπων τὸν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ γῆς ἀπολαύων καὶ θαλάσσης, ἔρημός ἐστιν οὐ μᾶλλον ἢ καὶ ἀβοήθητος*), Cic. de legg. I, 23, 61 (*idemque cum caelum terras maria rerumque omnium naturam perspexerit .. seseque non unius circumdati moenibus loci sed civem totius mundi quasi unius urbis agnoverit, .. quam se ipse noscet*). Paulo iam longius abest Epict. diss. III, 22, 22 (*Φεῦγε — Καὶ ποῦ; δύναταί τις ἐκβαλεῖν ἔξω τοῦ κόσμου; οὐ δύναται. ὅπου δ' ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ ὁ ἥλιος, ἐκεῖ ἡ σελήνη, ἐκεῖ ἄστρα ἐνύπνια οἰωνοὶ ἡ πρὸς θεοὺς ὁμιλία*): quibus quamquam inscribitur *π. κυνισμοῦ*, tamen *ἐνύπνια* illa atque *οἰωνοί* male quadrare mihi quidem videntur in illum *ταῖς ἀληθείαις Κυνικόν*. Denique relictis terrenis inter caelestia omnis versatur Seneca, qui loco iam supra allato (quaest. nat. I, proll. 12) *secure*, inquit, *spectat occasus siderum atque ortus et tam diversas concordantium vias. . . curiosus spectator excutit singula et quaerit; quidni quaerat? Scit illa ad se pertinere: tunc contemnit domicilii prioris angustias.* Neque in consolatione ad Helviam ipsa similia desunt (cap. 8, 4—6), quorum quantum in Varronem redeat, pro certo dici nequit; quamquam id fortasse affirmari potest, e verbis, quibus Varronis sententiam reddit Seneca (*quod quocumque venimus eadem rerum natura utendum est*, commutatio loci malum non est), potius concludendum esse, Cynicam huius sententiae formam apud Varronem extitisse (cf. Epict. diss. III, 13, 16 *ἀπολαύειν*).

Eo quem supra commemoravimus loco (diss. Epict. I, 9), quo utraque et quae apud Plutarchum et quae apud Musonium leguntur coniuncta invenimus, tertium aliquid cum illis cohaeret, quod idem apud utrumque, et Musonium et Plutarchum, extat, atque ita quidem, ut bis praecedat illa utriusque propria, si ea

quae ad sententiarum nexum non pertinent exemerimus. Quae enim leguntur apud Musonium p. 70, 27—31 a posteriore manu addita esse vel ex eo apparet, quod in his *κόσμος* Stoicorum ratione definitur („*σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων*“ cf. Laert. Diog. VII, 138); quae autem apud Plutarchum interponuntur (p. 601 AB), plane diversae esse rationis atque reliqua huius partis vix est quod dicam.

Tertium est narratio illa de Socrate, qui *κόσμιον* se esse dicebat, *ὡς ἄν τις Ῥόδιος εἶπεν ἢ Κορίνθιος*, ut apud Plutarchum legitur, quem hoc quoque loco genuinam formam servasse arbitror: omnia autem haec quin unum redeant eundemque ad fontem dubium esse iam non potest. Id quod eo quoque confirmatur, quod eandem illam narratiunculam legimus in Cic. Tusc. V, 37, 108, qui per has paragraphos epitomam commentationis nescio cuius *π. φυγῆς* exscripsit. Neque enim ipsa dicti illius ratio in dubio relinquit, cuinam fabricae haec debeantur, ut Zeller (II, 1 p. 140 adn. 6) iam adnotat „Es lautet dies nicht eben wahrscheinlich... Im Platon. Kriton und Apol. 37 führt (Socrates) eine ganz andere sprache als die späteren kosmopolitischen philosophen. Vermutlich hat ihm einer von diesen die obige aussage in den mund gelegt.“ Tum Duemmler (*Antisthen.* p. 68 adn.) hunc Socratem „Cynicum, fortasse Antisthenicum“ appellavit, cui illud certe verum esse concedere debemus; atque id ipsum, quod vox *κόσμιος* non ita affirmat civem universi mundi aliquem, quam negat, civem certae urbis eum esse, hoc dictum e fonte Cynico fluxisse indicare videtur. Eodem enim modo ut Cynicus in Luciani *vit. auct.* c. 8 interrogatus „*ποδαπὸς εἶ;*“ respondet „*παντοδαπός*“ (postea demum *κοσμοπολίτης*), ita in versibus quibusdam tragoediae Cratetis id tantum dicitur, unumquodque oppidum patriam nobis esse posse, non id affirmatur, mundum unam urbem esse, cuius cives nos ipsi simus (Laert. Diog. VI, 98).

Huc alia quoque pertinent, velut quod Crates Alexandro promittenti, se patriam philosophi Thebas denuo aedificaturum esse, respondet, se *ἔχειν .. πατρίδα ἀδοξίαν καὶ πενίαν ἀνάλωτα τῇ τύχῃ καὶ Διογένους εἶναι πολίτην ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ*; quod inter Sen. *rem. fort.* VIII, 1 (p. 103, 15 Rossb. i. *Bresl. stud.* II) haec leguntur: *non patria mihi interdicitur, sed locus:*

in quamcumque terram venero, in meam venio; nulla terra exilium est, altera patria est; quod de Diogene narratur (Epict. diss. III, 24, 66): διὰ τοῦτο πᾶσα γῆ πατρίς ἦν ἐκείνῳ μόνῳ, ἐξαίρετος δ' οὐδεμία (similia tribuuntur Ἀντιγεννίδᾳ τῷ αὐλητῇ a Philone Iud. *quod omn. prob. lib.* c. 20); quod Iulianus imp. (or. VII p. 238 B) Diogenem non tamquam impium recusavisse ne in mysteria reciperetur dicit, sed quod συνεὶς ὅτι τὸν μυούμενον ἐχρῆν πολιτογραφηθῆναι πρότερον καὶ Ἀθηναῖον, εἰ καὶ μὴ φύσει, τῷ νόμῳ γε γενέσθαι, τοῦτο ἔφυγεν, οὐ τὸ μυηθῆναι: cum ea quae tunc sequuntur αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου πολίτην, ad ipsam narratiunculam explicandam non pertineant. Itaque etiam in descriptione vitae cotidianae Cynici (*Κυνικός* c. 15) verbis οἶκον δὲ τὸν κόσμον νομίζειν non id significatur, mundum esse unam atque magnam domum, sed mundum qui habeat, ei domo non opus esse, atque Cynicus est qui sibi proposuit in Sen. dial. VII, 20, 3: *ego terras omnis tamquam meas videbo, meas tamquam omnium.* — Recte igitur mea quidem sententia Zeller (III, 1 p. 298) de ea quam habebant qui mundum patriam hominis esse arbitrarentur cogitatione haec dicit: „Teils hat sie auch an sich selbst im Cynismus mehr nur den negativen sinn, die unabhängigkeit des philosophen vom vaterland und heimat, nicht den positiven, die wesentliche zusammengehörigkeit aller menschen auszudrücken." Stoicorum igitur est κοσμοπολίτης ille: qui ubicumque nobis occurrit, Stoica in manibus nos habere necesse est putemus — sive dictum tale Diogeni (Laert. Diog. VI, 63; cf. 72) sive Chrysippo tribuitur (qui pro Chabria cum Wachsmuthio Apophth. Vindob. 150 et Gnom. Vatic. ed. Sternb. (*Wien. stud.* XI) n. 559 reponendus est). Neque enim est cur mireris quod Diogeni Stoicorum sententiae tribuantur, cum Stoici, atque praesertim Stoici recentioris aetatis[1]) Cynicum putaverint respondere singulari cuidam perfectionis imagini, quam animo conceperant (cf. Epict. diss. III, 22 „περὶ κυνισμοῦ" inscriptam). Atque hanc Stoicorum illius sententiae formam etiam in Senecae consolatione invenimus cum exilio coniunctam c. 11, 7: *ideoque*

---

1) Itaque recte de dicto illo adnotat Sternbach ad Gnom. Vatic. l. c. „Stoicorum enim est dogma inprimis a posterioribus Stoicae disciplinae alumnis decantatum".

nec exulare unquam potest (animus) liber et dis cognatus et omni mundo omnique aevo par et in *rem. fort.* VIII, 1 (p. 103, 13 Rossb.): *„exulabis“: erras; cum omnia feceris, patriam meam transire non possum. omnium una est: extra hanc nemo proici potest* et in Cic. parad. II, 18 *(exilium autem illis quibus quasi circumscriptus est locus habitandi, non eis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt).* Neque illa „*τῷ ὄντι πατρίς*“ (Epict. diss. IV, 1, 153) Diogenis vere Cynica sunt, sed Stoicum resipere videntur.

Sed ut iam redeamus ad propositum, addendum est, quod Musonius etiam versus Euripidis quos affert (p. 71, 1 — fr. 1047 ed. Nauck, qui etiam Ovidii imitationem [Fast. 1, 493] commemorat) eodem e fonte Cynico hausisse videtur, quippe qui cum eis quae antecedunt minime cohaereant, sed confirmare tantum possint, quae Cynici inter naturam terrenam viventes statuerunt. Neque exemplum Herculis a Plutarcho allatum cum exemplo Socratis atque omni hac parte quae sequitur non cohaeret, ut item apud auctorem Cynicum id extitisse necesse sit, id quod vel propter ipsam Herculis personam verisimile est.[1])

III. Iam ea quae et Musonius et Plutarchus exhibent porro percurramus. Atque primum quidem ea quae uterque de *ἀδοξίᾳ* disserit e Cynico fonte fluxisse probari potest, quo in loco ita consentiunt ut uterque non argumentatione, sed exemplis virorum in exilio clarorum refutare conetur eos, qui obscuritatem eo effici putent. Quamquam enim satis exiliter Musonius de hoc loco disputat p. 73, 12 sqq., tamen et quod Diogenes nominatur eorum qui *ἐνδοξότατοι φεύγοντες ἐγένοντο*, potest quidem fontem significare, qui a Plutarcheo haud diversus fuerit, et quod addita legimus verba *καὶ ἄλλους*

1) Ceterum quod versus illos e tragoedia Cratetis quae Hercules inscribebatur sumptos esse atque haud procul ab eis positos fuisse, qui ap. Laert. Diog. VI, 98 e tragoedia quadam Cratetis afferuntur, denique verbis illis Teletis (p. 20, 10) *Ἡρακλῆς δ' ἐξ Ἄργους ἐκπεσὼν Θήβησι μετῴκει* argumentum eiusdem tragoediae contineri putat Duemmler l. c., num multis probaverit vir doctus dubito. Equidem ut potius offenderer, si paucis tantum versibus alterum ab altero separatum utrumque traditum esset, cum eadem fere sententia atque eadem fere verba repeterentur, ita quod e verbis illis Teletis satis suspectis (cf. s.) talia concluduntur audacius mihi factum esse videtur.

ἄν τις ἔχοι βουλόμενος λέγειν πολλούς. Ceterum Clearchus neque apud hunc neque alibi commemoratur ita ut Musonii ipsius memoriae deberi videatur.

Apud Plutarchum primo eius capitis (15) loco, quo refellitur ὁ νομίζων ἀδοξίαν τῇ φυγῇ προσεῖναι notissima illa de Diogenis atque Alexandri Magni congressu narratio legitur, cui hic talis sententia subdita est: Cynicus igitur cum a rege numquid opus sibi sit interrogante petat, paulum recedat e sole, indicare putandus est his verbis, quanti se ipsum aestimet, cum reliquis locis, ubi haec narrantur, ad αὐτάρκειαν Diogenis referantur (Laert. Diog. VI, 38. Cic. Tusc. V, 32, 92. Sen. de benef. V, 4, 3). Atque sic omnino intelligitur, quid altera illa narratiuncula huic adiuncta sibi velit, quod Alexander ἐκπλαγεὶς τὸ φρόνημα πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν· „Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην", velut eadem dixisse fertur, ut Plutarchus narrat (*de Alex. virt.* c. 10 p. 331), quod ἔφριξε καὶ κατεπλάγη τὸν βίον καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός aut (*ad princip. erud.* c. 5 p. 782) θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἀνδρός. — Eadem ratio, quae hic, simili illi Diogenis dicto subest, quod tamen alteri Alexandri Magni imagini respondet, quam sibi finxerant Cynici. Cum enim rex ad philosophum adiens dixerit „ἐγώ εἰμι Ἀλέξανδρος ὁ μέγας βασιλεύς", hic „κἀγὼ Διογένης ὁ κύων" respondisse narratur ap. Laert. Diog. VI, 60. Neque minus ea quae sequuntur in libello Plutarcheo Cynicis deberi licet contendamus, cum exempla de Romanis, Camillo et Cicerone, petita a posteriore manu adiecta esse facile evinci possit. Eodem autem forma, quae huic sententiae induta est, ducit. Ut enim hic exemplis probatur, etiam in exilio εὐδόξους quosdam esse, interdum magis quam in patria[1]), ita apud Teletem (p. 36, 10) πενίαν non impedire, quominus ἔντιμος aliquis sit ita demonstratur, ut Aristides Calliae opponatur, Lysander reliquis Spartiatis. Denique eadem forma redit in illo π. κυνισμοῦ capite (diss. Epict. III, 22, 78), ubi Epaminondas liberis carens reliquis Thebanis opponitur, Homerus autem Priamo (Aeolum et Danaum

1) Cf. Sen. ep. 79, 14 *Rutilii innocentia ac virtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum violatur effulsit. numquid non sorti suae gratias egit et exilium suum complexus est?*

satis inepte postea adiectos esse manifestum est) ut demonstretur, magis eum hominibus prodesse, qui doceat, *τί ποιοῦσι, πῶς διάγουσι, τίνος ἐπιμελοῦνται, τίνος ἀμελοῦσι πρὸς τὸ προσῆκον* quam *οἱ δύο ἢ τρία κακόρρυγχα παιδία ἀνθ' αὐτῶν εἰσάγοντες.* Quae cum arte cum *τῇ τοῦ Κυνικοῦ βασιλείᾳ* cohaereant, Cynico e fonte quin haec fluxerint dubitari non potest: atqui recentioris aetatis Cynismi quaedam his *π. κυνισμοῦ* Epicteteis subesse supra demonstravimus. Neque enim veteres illi Cynici hac ratione rem tractassent: nimirum non id egissent, ut exempla indagarent, quibus etiam in exilio et in paupertate honoribus quosdam affectos esse probarent: respondissent potius velut Antisthenes, qui *τὴν ἀδοξίαν ἀγαθὸν καὶ ἴσον τῷ πόνῳ* putabat (Laert. Diog. VI, 11), aut Diogenes, qui *εὐγενείας καὶ δόξας καὶ τοιαῦτα προκοσμήματα κακίας* appellabat (ibid. 72), atque haud ita urbane definit in Epict. diss. I, 24, 6: „*εὐδοξία ψόφος ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων*“, aut Crates qui profitetur, se *ἔχειν πατρίδα ἀδοξίαν καὶ πενίαν ἀνάλωτα τῇ τύχῃ* (Laert. Diog. VI, 93).

IV. Quae argumentatio cum apud recentioris aetatis Cynicos non propagata sit, qui hunc de *ἀδοξίᾳ* locum tractarent, similem semper secuti sunt tractantes locum quendam vicinum, ignominiam dico. Qui cum a quibusdam arte cum altero illo coniunctus sit — ut a Musonio verbis (p. 73, 16) *καίτοι πῶς ἂν εἴη τοῦτο κακοδοξίας αἴτιον, ἐν ᾧ τινὲς ἐνδοξότεροι γεγόνασιν ἢ πρότερον* —, tamen principio separatus erat, ut etiam a Plutarcho separatim utrumque tractatur. De ignominia iam Stilponem egisse supra cognovimus, quem tamen e posterioribus quemquam secutum esse negavimus, quamquam singulorum Stilponis argumentorum rationes diversas in figuras redactae inveniuntur. — Atque primum quidem cum illo *ἀγαθὸς ὢν διατελῶ* Stilponis conferri possunt quae in illa Tusculanarum parte leguntur, quae est de exilio (V, 37, 107): *At enim sine ignominia* (sc. egressi sunt philosophi multi, qui enumerantur in antecedentibus). — *⟨An potest exilium ignominia⟩ adficere sapientem?* Quae pendere e Stilponeis haud rectius dixeris, quam quae apud Ciceronem et Musonium de iusto exilio leguntur, cum sua quisque respondeat, Stilpo: *ἢ οὐχ οὕτω σὸν ἔγκλημα;* Cicero: *nam iure exulantem consolari non oportet,* Musonius: *πῶς ποτε*

ὀρθὸν ἢ προσῆκον ἄχθεσθαι τοῖς δικαίοις; Contra inter locum Ciceronis et Senecae de exilio dialogi cap. 13 similitudo quaedam intercedit, resectis eis quae interposita esse postea (§ 2. 3) apparet vel ex eis quibus inducuntur verbis (*Adversus hunc, quisquis me malorum turba terrebit, his verbis utendum erit*): (1) *paupertas tolerabilis est, si ignominia abest, quae vel sola animos opprimere solet.* (4) *Ignominia tu putas quemquam sapientem moveri posse, qui omnia in se reposuit, qui ab opinionibus volgi secessit? Socrates .. carcerem intravit ignominiam ipsi loco detracturus* (cf. dial. VII, 27, 1 *ecce Socrates ex illo carcere, quem intrando purgavit omnique honestiorem curia reddidit, proclamat:* e. q. s.).

Neque tamen ita hic consensus explicandus esse videtur, ut Cicerone usus sit Seneca, sed ut Ciceronis liber epitomam exhibeat eius fontis, ex quo Seneca sua hausit. Qui hic fuerit fortasse exemplum Socratis indicare nobis potest, quod una cum antecedentibus ex eo fluxisse videtur. — Ceterum Senecae consolationis omnis haec pars ad exilium omnino non pertinet, cum exemplis in universum demonstretur, ignominiam non esse malum sapienti: in extremo demum capite ad propositum redit eum quem habent verba ἀγαθὸς ὢν διατελῶ sensum ita significans (§ 8): *hisce ego respondebo, et exilium saepe contemptione omni carere: si magnus vir cecidit, magnus iacet: non magis ille contemnitur*[1]), *quam aedium sacrarum ruinae calcantur, quas religiosi aeque ac stantis adorant.* Quibus opponi possunt quae de eadem re dicit Dio Chrysost. or. LXVI p. 353 R II: τοῖς ἀτίμοις ἀβίωτος εὐλόγως ὁ βίος φαίνεται καὶ πολλοὶ μᾶλλον αἱροῦνται θάνατον ἢ ζῆν τὴν ἀτιμίαν ἀποβαλόντες; quamquam haec aliquo modo inter se cohaerere negandum erit. In universum de hoc loco — quomodo sapiens ignominiam accipiat — disputare non meum est; id modo adnoto, iam Diogenem respondisse πρὸς τὸν εἰπόντα „πολλοί σου καταγελῶσιν" „ἀλλ' ἐγὼ οὐ καταγελῶμαι" (Laert. Diog. VI, 54; cf. Plut. *de cohib. ir.* c. 12 p. 460), ut paradoxon illud a Stoicis decantatum Cynicis deberi appareat.

Item apud Stilponem occurrit alterum illud, quod respon-

1) Sic pro *illum contemni* codd. scribendum esse verisimile est.

detur eis qui ignominiam exilio inesse putent, cuius primum Cynicorum exemplum est in eis quae de Diogene hanc in sententiam[1]) conversa narrantur ap. Laert. Diog. VI, 49: obicienti „*Σινωπεῖς σου φυγὴν κατέγνωσαν*“ „*ἐγὼ δ' ἐκείνων μονήν*“ respondit; atque in prima quae fertur Diogenis epistula, quam ipsis civibus misisse philosophum fingit is qui eam composuit, prima verba *ὑμεῖς μὲν ἐμοῦ φυγὴν κατεψηφίσασθε, ἐγὼ δὲ ὑμῶν μονήν* ab his excipiuntur (§ 2): *τὸ μὲν οὖν πρὸς ὑμῶν με φυγαδευθῆναι συνηγορεῖ, καὶ πιστεύω αὐτῷ μᾶλλον τοῦ ἑτέρου· κρεῖττον γὰρ παρὰ πολὺ διαβάλλεσθαι πρὸς ὑμῶν ἢ ἐπαινεῖσθαι.* — Quod enim Anaxagorae (ap. Laert. Diog. II, 10 et in gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* X] n. 114) similia tribuuntur (*πρὸς τὸν εἰπόντα* „*ἐστερήθης Ἀθηναίων*“ „*οὐ μὲν οὖν, ἔφη, ἀλλ' ἐκεῖνοι ἐμοῦ*“), ut saepius factum est, translata sunt in alium quae de alio narrabantur: quin Cynica sit huius apophthegmatis origo dubitari nequit. Similiter Anaxagorae illud dictum tribuitur, undique aeque longam ad Orcum esse viam, ita ut utrumque propterea tantum factum esse conicias, quia Anaxagoram primum philosophorum e patria expulsum esse notum erat. Neque fortasse casui tribuas, quod cum priore illo dicto coniunctum in gnom. Vatic. alterum invenimus, quod ap. Laert. Diog. quoque illud sequitur: *Ἀναξαγόρας ἐρωτηθείς, εἰς τί γεγένηται, ἔφη, εἰς τὸ τῆς φύσεως ἔργα θεωρῆσαι* (ut hic *φύσις* legitur n. 116; ap. Laert. pro ea habes *εἰς θεωρίαν ἔφη ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ*) ut patriam (Laert. II, 7) caelum esse dicat (cf. Zeller I, 911, 5).[2])

Illud quod fertur Diogenis dictum ab aliis varie retractatum est: velut a Cicerone in parad. IV, ubi illud *ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται* ita tractat, ut potius in Clodium invehatur, quam ut philosophi more disserat. Ubi qua erat modestia *potes autem,* inquit, *esse tu civis, propter quem aliquando civitas non fuit? et*

1) Nam voce *πάλιν* hoc apophthegma cum antecedenti cohaerere indicatur, quod ipsum verbis *πρὸς δὲ τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ τὴν φυγήν* inducitur. — De alia huius narratiunculae usurpatione cf. infra.

2) Eiusdem generis est dictum illud de mortis condemnatione, quod Anaxagorae praeter Socratem tribuitur propterea, quia primus erat philosophorum, quem Athenienses capitis damnaverint (Laert. Diog. II, 13. 35; Gnom. Vatic. n. 116. 487).

me tuo nomine appellas, cum omnes meo discessu exulasse rem publicam putent?, ut supra vidimus eum in eodem hoc loco (§ 29) Stilponis illud dictum imitatum esse. Item Brutus in libro, quem de virtute conscripserat, de Marcello dixerat (Sen. ad Helv. c. 9, 4), *visum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo rediturus esset, quam illum in exilio relinqui*, atque Seneca ipse Brutum imitatur (§ 6): *ut omnes illo die Bruti habere animum viderentur et non pro Marcello sed pro se deprecari, ne exules essent, si sine illo fuissent.* Denique magis propter novitatem rei quam propter gravitatem commemoretur, quod Dio Chrysostomus in ea quam de exilio suo habuit oratione haud ignominiam esse in exilio vivere oraculo demonstraturus est, haud ita feliciter rem gerens, cum non intellexerit in versu extremo responsi illius ab Apolline Croeso quondam dati (*Φεύγειν μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι*) *φεύγειν* non significare „exulare" sed „fugere".

Cum igitur in eis quoque, quae de ignominia a diversis scriptoribus disserantur, sententiae ipsae Cynicorum esse videantur, pauca de exemplis adiciam. Atque de eis quidem quae Plutarchus adfert praeter duo illa Cadmi Herculisque, quae a Bione eum accepisse supra cognovimus, certi aliquid dici non potest, neque obloquar ei qui haec Thesei et Eumolpi et Codri exempla a Plutarcho ipso collecta esse dicat; Cynicum vix dixeris esse, de templis et mysteriis honoris exemplum peti. Extremum autem illud Apollinis exemplum vel propterea non principalem hic locum obtinere dixerim, quia similiter ille Aeschyli versus (Suppl. 220) occurrit *de orac. def.* p. 417 F, ubi omnino vera esse Aeschyli verba negatur.

Aliter res se habet in exemplis eis, quibus Musonius et Cicero (Tusc. disp. VI, 36, 105) demonstrare conantur *ὅτι καὶ δίκαι πολλαὶ δικάζονται κακῶς καὶ ἐκβάλλονται πολλοὶ τῆς πατρίδος ἀδίκως καὶ ὅτι ἤδη τινὲς ἄνδρες ἀγαθοὶ ὄντες ἐξηλάθησαν ὑπὸ τῶν πολιτῶν* atque hanc ob causam non necesse esse exulem male audire (*κακοδοξεῖν*). Quae quin e fonte optimo fluxerint, qui etiam ex Heraclito ipso originem ducat, nulla est dubitatio; quem cum Cicero certe non inspexit, tum in verba eius *malo enim Graecorum quam nostra proferre* quadrat illud Francogallorum proverbium *Qui s'excuse s'accuse*: nimirum fontem

Graecum secutus Graeca „malebat“ proferre; denique explicari non possit, quomodo Musonius, si apud Ciceronem in universum *morte multandos* scriptum legisset, in *ἀπάγξασθαι* illud incidisset. Apparet igitur utrumque e Graeco fonte optimae aetatis hausisse[1]), cuius ut nomen investigemus, fortasse locus Dionis Chrysostomi adiuvare nos potest. Dubium enim esse nequit quin haec ex eodem fonte fluxerint:

Cic. § 105. *Quid? Aristides .. nonne ob eam causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset? Quantis igitur molestiis vacant qui nihil omnino cum populo contrahunt.*	Dio or. LXVI p. 358 R II. *Ἀριστείδην ἐξωστράκισαν Ἀθηναῖοι καίτοι πεπεισμένοι σαφῶς ὅτι δίκαιος ἦν. τί δεῖ δόξης ἐπιθυμεῖν, ἧς καὶ ἐὰν τύχῃ τις οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ πολλάκις ἀπώνατο;*

Atque haec Dionis verba illa subsequuntur: *τῷ Βίωνι δοκεῖ μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν εἰ μὴ πλακοῦντα γενόμενον ἢ Θάσιον*, quae *εὐήθως* sibi dicta esse videri in sequentibus exponit. Ubi id tantum quaeritur, quomodo utraque inter se cohaereant, cum hoc Dionis loco bonus sententiarum nexus neque efficiatur exemplo illo neque discindatur.

Haec fere sunt quae communis simul et de Plutarcho et de Musonio habita quaestio doceat: ut reliqua quoque cognoscamus in singulos scriptores inquirendum erit; atque primum quidem cum reliquis Plutarchei libelli capitibus res nobis erit.

Caput III.

De Plutarchi fontibus peculiaribus.

I. 1. In exordio hic fere est sententiarum ordo: „Optimae consolationes sunt — ut optimi amici — eae quae miserum adiuvent atque nobis persuadeant, ut in rebus adversis non fleamus atque lamentemur, sed ratione usi cogitemus,

---

1) Si a Philone accepit sua Cicero (ut Hirzel *unters. z. Cic. philos. schr.* III putat) hunc ipsum haec ex alio deprompsisse verisimile est, quoniam Musonius, quippe qui Stoicus esset admodum severus, certe Scepticum illum non adhibuit.

quid tandem passi simus (1.).[1]) Omnibus enim in *συμπτώμασι* id summum esse, quomodo ea accipiamus (2.), ita ut vel in veris calamitatibus non statim omnis spes abicienda sit: immo in optimam partem eas accipiendas esse (3. 4.); ubi autem in malum nos incidisse tantum nobis fingamus, debere nos *οὕτως ἐγγὺς ἁπτομένους καὶ συνερείδοντας τὸν λογισμὸν τὸ σαθρὸν καὶ τὸ κενὸν καὶ τετραγῳδημένον ἀποκαλύπτειν*, id quod ad ipsam quam Plutarchus tractaturus est rem his refertur verbis: *οἷόν ἐστιν ἡ νῦν σοι παροῦσα μετάστασις ἐκ τῆς νομιζομένης πατρίδος· φύσει γὰρ οὐκ ἔστι πατρὶς ὥσπερ οὐδ' οἶκος οὐδ' ἀγρὸς οὐδὲ χαλκεῖον, ὡς Ἀρίστων ἔλεγεν, οὐδ' ἰατρεῖον, ἀλλὰ γίγνεται, μᾶλλον δ' ὀνομάζεται καὶ καλεῖται τούτων ἕκαστον ἀεὶ πρὸς τὸν οἰκοῦντα καὶ χρώμενον* (5.).

Videmus igitur haec deberi viro ingenio firmo praedito, qui cogitationem suam ad vitae usum conferat, ut res quantum fieri possit in optimam partem accipiat; qui ubique industriae suae campum quaerat, non ut externum sibi comparet bonum aliquod, sed quia ad officia praestanda tanquam natum esse hominem putet. Ubinam vero in hoc de exilio libello talia redeunt?

Sententia quae cap. 7 tractatur his comprehenditur: *μόνον ἔχειν δεῖ πρὸς τούτοις* (*μετρίοις πρὸς τὸν βίον* scil.) *νοῦν καὶ λογισμὸν ὥσπερ ἀγκύραν καὶ κυβερνήτην, ἵνα παντὶ χρῆσθαι λιμένι προσορμισθεὶς δύνηται*; cap. 8 praefixa sunt haec: *ἂν γὰρ σκοπῇς ἄνευ κενῆς δόξης τὴν ἀλήθειαν* (cf. cap. 5 *ἐκ κενῆς δόξης*) et summa est illa: *ἑλοῦ πόλιν τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην, πατρίδα δ' αὐτὴν ὁ χρόνος ποιήσει.* Quod autem initio eorum capitum, quae exulem in insula versantem respiciunt, adhortatur Plutarchus, ut animum intendamus in corporis, non terrae parvitatem, revocat tantum certam rem ad eam quam cap. 3 exposuit rationem. Quae eadem varie tractatur in eis quae sequuntur, velut quod cap. 9 illud *τί γὰρ ἡ πλατεία χώρα πρὸς τὸν ἄλυπον βίον*; exemplis explicatur, aut quod initio cap. 11 legitur *ἀνὴρ δὲ μὴ τετυφωμένος*

---

1) Cf. Sen. ep. 123, 1: *mecum enim de hoc ipso loquor, quam nihil sit grave quod leviter excipias, quam indignandum nihil, si nihil ipse indignando adstruas,* ubi verba extrema paene ad verbum reddere videntur illud *ἂν μὴ προσποιῇ*.

παντάπασι μηδ' ὀχλομανῶν οὐκ ἂν οἶμαι τὴν τύχην μέμψαιτο συνελαυνόμενος εἰς νῆσον, ἀλλ' ἐπαινέσειεν, aut quod cap. 12 vituperantur ei qui Archilochum imitentur, qui *τῆς Θάσου τὰ καρποφόρα καὶ οἰνόπεδα παρορῶν διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀνώμαλον διέβαλε τὴν νῆσον*. Denique cap. 13 et 14 exempla afferuntur quae verbis concluduntur eandem illam rationem sequentibus: *πάντες οὗτοι καὶ πλέονες ἄλλοι τῶν πατρίδων ἐκπεσόντες οὐκ ἀπέγνωσαν οὐδ' ἔρριψαν ἑαυτούς, ἀλλ' ἐχρήσαντο ταῖς εὐφυΐαις ἐφόδιον παρὰ τῆς τύχης μὲν τὴν φυγὴν λαβόντες*, atque finem huius sententiarum ordinis efficiunt extrema libelli verba, quae illo *ἀνθρώπου οὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος εὐδαιμονίαν ὥσπερ οὐδ' ἀρετὴν οὐδὲ φρόνησιν* inducuntur et quae exempla eius qui haec omnia continet sensus de Anaxagora et Socrate petunt. Quas sententias profert Plutarchus sermone usus, cuius tria potissimum propria esse videntur, quae iterum iterumque occurrunt: similitudines, exempla, poetarum versus.

Cum igitur optime cogitatione fingere possimus, qualis fuerit indoles fontis illius Plutarchei, plane nihil scimus de auctore ipso: laudetur enim quamvis Aristo quidam (c. 5 p. 600 E), tamen quis sit multorum Aristonum (cf. Laert. Diog. VII, 164) ignoramus, quantamque ad partem libelli Plutarchei nomen eius pertineat. Atqui e fonte aliquo haec sumpsisse, non suo ingenio debere Chaeronensem ex eo apparet, quod eaedem sententiae, quin etiam eadem verba aliis quoque in scriptis eius leguntur, interdum aliquo modo variata: id quod ut nullo pacto, si putamus, haec ipsius Plutarchi esse, ita probabiliter sic tantum explicatur, ut ille aliorum e libris deprompta compluribus locis adhibuerit, magis minusve prout res ipsa postulabat ea novans. Neque minus haec respondent rationi, quam Plutarchum in conscribendis libellis secutum esse aliunde probare possumus, praesertim illis verbis, quae in commentatione *π. εὐθυμίας* leguntur (c. 1 p. 464), ubi *ὑπομνήματα* sua commemorat. Multos igitur Plutarchus legerat libros atque excerpserat quibus in quoque delectaretur; quae postea modo hac modo illa ratione componens nova efficiebat.[1])

1) Recte haec iam cognoverunt Schmertosch *de Plut. sentent. quae ad divin. spectant origine* p. 23 et R. Weber in *Leipz. stud.* IX p. 169 sq. —

2. Atque in ipso *π. εὐθυμίας* libello plurima leguntur eorum quae modo in commentatione *π. φυγῆς* invenimus, ut utraque eodem e fonte fluxisse manifestum sit. Compara modo haec inter se:

π. φυγῆς	*π. εὐθυμίας*
c. 1. *τῶν λόγων ἀρίστους καὶ βεβαιοτάτους .. φασὶν εἶναι τοὺς ἐν ταῖς συμφοραῖς παρόντας ὠφελίμως καὶ βοηθοῦντας.*	c. 1. *ἡγούμενος καὶ σὲ τὸν λόγον τοῦτον .. χρείας βοηθητικῆς (ἕνεκα) ἐπιζητεῖν.*
ὅπου δ' αὐτὰ τὰ πράγματα δίδωσιν ὑπὸ τοῦ λόγου ψηλαφηθέντα καὶ ἀνακαλυφθέντα πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν·	c. 17. *(ἐπεὶ) τὰ πλεῖστα δόξῃ δυσχεραίνειν ἐθιζόμεθα καὶ μανθάνομεν, οὐκ ἄχρηστόν ἐστι πρὸς ταῦτα μὲν ἔχειν ἀεὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πρόχειρον·*
Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν ἂν μὴ προσποιῇ,	*Οὐδὲν π. δ. ἂν μ. π.*
κομιδῇ γελοῖόν ἐστι μὴ τῆς σαρκὸς πυνθάνεσθαι, ⟨εἴ⟩ τι πέπονθε, μηδὲ τῆς ψυχῆς, εἰ διὰ τὸ σύμπτωμα τοῦτο χείρων γέγονεν, ἀλλὰ ..	*τί γὰρ πρὸς σέ ἐστι, ἂν μήτε σαρκὸς ἅπτηται μήτε ψυχῆς;*
οὐ γὰρ συνδακρυόντων καὶ συνεπιθρηνούντων .. ἐν τοῖς ἀβουλήτοις χρείαν ἔχομεν, ἀλλὰ παρρησιαζομένων καὶ διδασκόντων ὅτι ..	c. 7. *ἔνιοι τῶν φιλοσόφων καὶ τὸν ἔλεον ψέγουσι πρὸς ἀτυχοῦντας ἀνθρώπους γιγνόμενον, ὡς καλοῦ τοῦ βοηθεῖν οὐ τοῦ συναλγεῖν καὶ συνενδιδόναι τοῖς πλησίον ὄντος.*[1]

Parum ingenii Plutarcho tribuere videtur Fowler (*Plutarch περὶ εὐθυμίας* in *Harvard Studies* I p. 151), qui Plutarchum gnomologiis et florilegiis usum sua componentem facit. Quamquam enim non tali erat indole, ut nova atque inaudita in lucem proferret, tamen optime de aequalibus meritus est, cum ea, quae ipsius animum atque mentem delectaverant, cum illis communicaret. — Haec quae exposui confirmantur eis quae adnotat Hense l. c. p. 550.

1) Heinze l. c. de hoc *π. εὐθυμ.* capite haec dicit: „Möchten wir auch vielleicht c. 7, das sich mit den fehlern anderer beschäftigt, über die wir uns nicht grämen sollen, mit seiner an Paccius gerichteten warnung noch als einschiebsel betrachten, das sich eng an die anecdote über

c. 3. ἔστι δὲ καὶ χρώματα λυπηρὰ τῇ ὄψει πρὸς ἃ γίγνεται τὸ συγχεῖσθαι καὶ μαραυγεῖν διὰ σκληρότητα καὶ βίαν ἀνίκητον. εἰ τοίνυν ἴαμα τῆς δυσχρηστίας ἐκείνης ἐμίξαμεν τὴν σκιὰν αὐτοῖς ἢ τὴν ὄψιν ἀπεστρέψαμεν ἐπί τι τῶν χλοερῶν καὶ προσηνῶν, τοῦτ' ἔξεστι ποιεῖν καὶ πρὸς τὰ συμπτώματα, κεραννύντας αὐτοῖς τὰ χρήσιμα καὶ φιλάνθρωπα ..

c. 4. αἱ μὲν γὰρ ἰατρικαὶ σικύαι τὸ φαυλότατον ἐκ τοῦ σώματος ἀναλαμβά-

c. 8. ἀγαθὸν τοίνυν ἐν τοῖς ἀβουλήτοις συμπτώμασι πρὸς εὐθυμίαν καὶ τὸ μὴ παρορᾶν, ὅσα προσφιλῆ καὶ ἀστεῖα πάρεστιν ἡμῖν, ἀλλὰ μιγνύντας ἐξαμαυροῦν τὰ χείρονα τοῖς βελτίοσι. νῦν δὲ τὰς μὲν ὄψεις ὑπὸ τῶν ἄγαν λαμπρῶν τιτρωσκομένας ἀποστρέφοντες ταῖς ἀνθηραῖς καὶ ποώδεσι χρόαις παρηγοροῦμεν, τὴν δὲ διάνοιαν ..

c. 8. ἀλλ' ὥσπερ αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, οὕτω τὰ κάκιστα

Stilpon anzulehnen scheint“ e. q. s. Sed quamvis haec inserta sint a Plutarcho, certe eadem ex materia deprompta sunt: eadem enim ratio in consuetudine hominum commendatur, quae antea in accipiendis rebus: non mutandi sunt hominum mores, sed quales sunt accipiendi: καγχάροις igitur καὶ σκολιοῖς ἂν ὡς τοιούτοις .. πεφυκόσι χρώμενος, ὥσπερ ἰατρὸς ὀδοντάγραις καὶ ἀγκτῆρσιν, ἤπιος φαίνῃ καὶ μέτριος, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων εὐφρανῇ τῇ σῇ διαθέσει μᾶλλον ἢ λυπήσῃ ταῖς ἑτέρων ἀηδίαις καὶ μοχθηρίαις, ut recte in eis quae de suis addit Plutarchus Paccium adhortatus utrumque coniungat: ὁ δὲ τοῖς πράγμασιν ἐθισθεὶς ἐλαφρῶς συμπεριφέρεσθαι καὶ μετρίως, εὐκολώτατος ἀνθρώποις ὁμιλεῖν γίγνεται καὶ πρᾳότατος. Neque enim sermo alius est, ut vel ex eo cognoscas licet, quod paucis his versibus complures insertae sunt similitudines. Iam igitur in ipso fonte Plutarchi haec de quibus agitur verba aliunde sumpta esse verbis ἔνιοι τῶν φιλοσόφων indicatum erat, quippe quae artissime cum sequentibus cohaereant: eandem sententiam in illis in libello π. φυγῆς servatis liberius reddidit. Qui hic secundus fons fuerit pro certo nunc non dicam, id tantum adnotem, haec et ea quae sequuntur verba ὁ δὲ μεῖζόν ἐστιν οὐδ' αὐτῶν ἁμαρτανόντων καὶ διακειμένων φαύλως τὸ ἦθος αἰσθανομένους ἀθυμεῖν καὶ δυσφορεῖν ἐῶσιν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἄνευ λύπης τὴν κακίαν plane cum argumento Sen. de clem. II, 5 sqq. consentire, quod Zeller (III, 1 p. 289) sic describit: „der weise werde jedem unglücklichen zu hilfe kommen, aber er werde seinen affekt nicht teilen, ihn nicht bejammern und bemitleiden; er werde nicht nachsicht üben, aber er werde schonend beraten und bessern.“ Fortasse etiam quae apud Senecam extat arboris similitudo ad hunc fontem redit.

νουσαι κουφίζουσι καὶ σῴζουσι τὸ λοιπόν· οἱ δὲ φιλόλυποι καὶ φιλαίτιοι τῷ τὰ χείριστα τῶν ἰδίων συνάγειν ἀεὶ καὶ διαλογίζεσθαι καὶ προστετηκέναι τοῖς ἀνιαροῖς ἄχρηστα καὶ τὰ χρήσιμα ποιοῦσιν ἑαυτοῖς.

τοὺς γὰρ δοιοὺς πίθους, ὦ φίλε, οὓς Ὅμηρος ἔφη κηρῶν ἐμπλείους ἐν οὐρανῷ κεῖσθαι, τὸν μὲν ἀγαθῶν τὸν δὲ φαύλων, οὐχ ὁ Ζεὺς ταμιεύων κάθηται .., ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν οἱ μὲν νοῦν ἔχοντες .., τοῖς δὲ πολλοῖς .. e. q. s.

c. 5. ὧν δ' ἡ φύσις οὐδὲν ἔχει κακὸν, ἀλλ' ὅλον καὶ πᾶν τὸ λυποῦν ἐκ κενῆς δόξης ἀναπέπλασται, ταῦτα δεῖ .. ἐγγὺς ἁπτομένους καὶ συνερείδοντας τὸν λογισμὸν τὸ σαθρὸν καὶ τὸ κενὸν καὶ τετραγῳδημένον ἀποκαλύπτειν.

τῶν ἰδίων συνάγεις ἐπὶ σαυτόν.[1])

c. 14. ὅτι δ' ἕκαστος ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς εὐθυμίας καὶ τῆς δυσθυμίας ἔχει ταμιεῖα, καὶ τοὺς τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν πίθους οὐκ ἐν Διὸς οὔδει κατακειμένους, ἀλλ' ἐν τῇ ψυχῇ κειμένους αἱ διαφοραὶ τῶν παθῶν δηλοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ἀνόητοι .., οἱ δὲ φρόνιμοι e. q. s.[2])

c. 18. ἡ δὲ (ψυχὴ) καὶ νόσου καὶ πόνου καὶ φυγῆς μελετῶσα φαντασίαν ὑφίστασθαι καὶ προσβιαζομένη τῷ λογισμῷ εὑρήσει πολὺ τὸ κατεψευσμένον καὶ διάκενον καὶ σαθρὸν ἐν τοῖς δοκοῦσι χαλεποῖς καὶ φοβεροῖς.

---

1) Ex Hensii commentatione (p. 550) iam addendus est tertius locus π. πολυπραγμ. c. 6.

2) Cf. Maxim. Tyr. V, 3, 69: τοῦτό μοι καὶ περὶ τὸν βίον Ὅμηρος ᾐνίξατο·

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει

φησίν .. Ἐγὼ δὲ ὁρῶ μὲν τὴν μῖξιν, καὶ πείθομαι τῷ λόγῳ, εὐφημότερον δὲ ὀνομάζειν θέλω τὴν βελτίω παρὰ Διὸς νομήν. ἔχει γὰρ δὴ ὧδε· (4) Ἀρετὴ ψυχῆς καὶ μοχθηρία, αὗται πηγαὶ τῶν Διὸς πίθων e. q. s. cf. etiam Plut. *quom. adol. poet. aud. deb.* c. 6 p. 24 A (οὕτω δὴ τὰ πολλὰ τῶν ἀτόπως περὶ τοῦ Διὸς λέγεσθαι δοκούντων ἐπανορθωτέον). Hense l. c. p. 547 adn. 1 recte comparat Sen. ep. 99, 5, qua in epistula Aristonem resipit etiam illud (§ 12) *vita nec bonum nec malum est: boni ac mali locus est.*

c. 12. *ἀλλὰ μὴν τῷ· Οὐκ ἄρχομεν οὐδὲ βουλεύομεν οὐδ' ἀγωνοθετοῦμεν ἂν ἀντιθῇς τό· Οὐ στασιάζομεν, οὐκ ἀναλίσκομεν οὐδὲ προσηρτήμεθα θύραις ἡγεμόνος.*	c. 10. *οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ὅταν ἀκούσωμεν ἑτέρου λέγοντος, ὡς μικρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς πράγματα καὶ λυπηρὰ δεινῶς μὴ ὑπατευόντων μηδ' ἐπιτροπευόντων, ἔξεστιν εἰπεῖν· Λαμπρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς πράγματα καὶ ζηλωτὸς ἡμῶν ὁ βίος· οὐ προσαιτοῦμεν, οὐκ ἀχθοφοροῦμεν, οὐ κολακεύομεν.*
c. 17. *ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν .. ἔγραφε, Σωκράτης δὲ φάρμακον πίνων ἐφιλοσόφει καὶ παρεκάλει φιλοσοφεῖν τοὺς συνήθεις εὐδαιμονιζόμενος ὑπ' αὐτῶν· τὸν δὲ Φαέθοντα καὶ τὸν Τάνταλον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβάντας οἱ ποιηταὶ λέγουσιν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν διὰ τὴν ἀφροσύνην.*	c. 4. *καὶ Σωκράτης μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ φιλοσοφῶν διελέγετο τοῖς ἑταίροις,* *ὁ δὲ Φαέθων ἀναβὰς εἰς τὸν οὐρανὸν ἔκλαιεν, εἰ μηδεὶς αὐτῷ τοὺς τοῦ πατρὸς ἵππους καὶ τὰ ἅρματα παραδίδωσιν.*

Quibus addas in utrisque proverbia illa *Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει* (*π. φυγ.* c. 8; *π. εὐθυμ.* c. 13) atque *ἑλοῦ βίον ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει* (*π. φυγ.* c. 8; *π. εὐθυμ.* c. 4)[1]) adhiberi, quamvis ita, ut diversa efficiatur sententia: haec igitur non premam.

Atque haec quoque *π. εὐθυμίας* conscripta quamquam ne una quidem vocula significat Plutarchus unde sumpserit, tamen certis argumentis mihi Heinze (*Ariston von Chius bei Plutarch und Horaz* in Mus. Rhen. vol. 45 p. 497 sqq.) demonstrasse videtur, ipsi deberi Aristoni Chio; neque igitur illa commentationis *π. φυγῆς* capita aliunde sumpta esse possunt.

3. Nostrum igitur erit, libello *π. φυγῆς* percurrendo demonstrare, singula Aristonis ingenio respondere, quale Heinze

1) Eadem ratio, qua hic proverbium illud corrigitur, subest illi Lacedaemonii responso, qui interrogatus, *τί παρέχει παιδαγωγῶν*, „*Τὰ καλά, ἔφη, τοῖς παισὶν ἡδέα ποιῶ*“ (Plut. *virt. doc. posse* c. 2). Ad ea quae sequuntur cf. *de fort.* c. 5 p. 99 D.

l. c. descripsit, praesertim respectis eis quae non similiter in illis *π. εὐθυμίας* leguntur, aut in commentatiuncula illa *π. ἀρετῆς καὶ κακίας* (cf. Heinze l. c.) velut his:

π. φυγ. c. 2 p. 599 D .. *ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς πράγμασι πολλάκις τὸ βάρος ἐξ ἑαυτῆς προστίθησιν...*
φυγὰς δὲ καὶ ἀδοξίας καὶ τιμῶν ἀποβολάς, ὥσπερ αὖ τἀναντία στεφάνους καὶ ἀρχὰς καὶ προεδρίας .. ἕκαστος ἑαυτῷ κοῦφα καὶ βαρέα καὶ ῥᾴδια φέρειν ποιεῖ καὶ τοὐναντίον.

π. ἀρετ. κ. κακ. c. 1. p. 100 C. *ὁ ἄνθρωπος τοῖς περὶ αὐτὸν πράγμασιν ἡδονὴν καὶ χάριν ἐκ πηγῆς τοῦ ἤθους προστίθησιν.*
.. *καὶ πλοῦτος ἡδίων καὶ δόξα λαμπροτέρα καὶ δύναμις, ἂν τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἔχῃ γῆθος· ὅπου καὶ πενίαν καὶ φυγὴν καὶ γῆρας ἐλαφρῶς καὶ προσηνῶς πρὸς εὐκολίαν καὶ πραότητα τρόπου φέρουσιν.*

Quae similiter redeunt in Dion. Chrysost. or. XIII (p. 419 R), in qua de exilio suo disserit: *μὴ ἄρα καὶ τὸ φεύγειν καὶ τὸ πένεσθαι καὶ γῆρας*[1]) *δὴ καὶ νόσος καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τοῖς μὲν βαρέα φανεῖται καὶ χαλεπά, τοῖς δ' ἐλαφρὰ καὶ εὔκολα· ἐκεῖ* (explanavit sententiam similitudine alia atque Plutarchus, tamen haud ita multum diversa) *μὲν ἴσως κατὰ τὴν τοῦ πράγματος διαφορὰν ἐλαφρύνοντος τοῦ δαιμονίου τὸ βάρος, ἐνταῦθα δὲ οἶμαι πρὸς τὴν τοῦ χρωμένου δύναμιν καὶ γνώμην.*

In similitudine Plutarchea quod *τοῖς πράγμασι* opponuntur *ὁ λίθος φύσει σκληρὸς, ὁ κρύσταλλος φύσει ψυχρός* — subsequantur licet pauca de singulis quibusdam utriusque libelli communibus — in memoriam nobis revocat quae leguntur *π. εὐθυμ.* c. 17 p. 475: *καθόλου δ' ἐπεὶ τῶν ἀβουλήτων τὰ μὲν φύσει τὸ λυποῦν καὶ βαρῦνον ἐπιφέρει, τὰ δὲ πλεῖστα δόξῃ δυσχεραίνειν ἐθιζόμεθα καὶ μανθάνομεν,* quae iam alio loco attulimus. Quae notio item invenitur *π. φυγῆς* c. 5 p. 600 E:

1) Haec igitur tria in communi fonte extiterunt; in loco *π. φυγ.* talia pro eis reposuit Plutarchus, quae ad *τὴν φυγήν* pertinerent. — Ceterum nescio an huic Aristonis loco respondeat Bionis ille a Telete (p. 9, 7) servatus: (enarratur urbis similitudo sumptuosae simul et simplicis) *οὕτω καὶ τὰ πράγματα ἐὰν μέν* ⟨*τις*⟩ *αὐτοῖς οὕτω χρῆται εὐπετῆ καὶ ῥᾴδια φανεῖται, ἐὰν δὲ οὕτως δυσχερῇ.*

φύσει γὰρ οὐκ ἔστι πατρίς, ὥσπερ οὐδ' οἶκος οὐδ' ἀγρὸς οὐδὲ χαλκεῖον, οὐδ' ἰατρεῖον, ἀλλὰ γίγνεται, μᾶλλον δ' ὀνομάζεται καὶ καλεῖται τούτων ἕκαστον πρὸς τὸν οἰκοῦντα καὶ χρώμενον neque dubium esse potest quin Aristo, qui hic a Plutarcho laudatur, idem sit atque is qui virtutem inducebat *κατὰ τὸ πρός τι πως ἔχειν* (Laert. Diog. VII, 161; cf. Galen. Hippocr. et Plat. VII, 1 p. 590 *νομίζει γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος μίαν οὖσαν τὴν ἀρετὴν ὀνόμασι πλείοσιν ὀνομάζεσθαι κατὰ τὴν πρός τι σχέσιν*). — Passim in utroque occurrit libello notio *κενῆς δόξης* (*π. εὐθυμ.* c. 2 *λῦπαι δὲ καὶ ταραχαὶ καὶ κακοθυμίαι διὰ ζηλοτυπίας καὶ δεισιδαιμονίας καὶ φιλοτιμίας καὶ κενῶν δοξῶν*; c. 11 *αἱ δὲ τῶν παθῶν φωναὶ πρὸς τὴν κενὴν δόξαν ἔνδοθεν ἀντιμαρτυροῦσι*; *π. φυγ.* c. 5 *ἀλλὰ ὅλον καὶ πᾶν τὸ λυποῦν ἐκ κενῆς δόξης ἀναπέπλασται*; c. 8 *ἂν γὰρ σκοπῇς ἄνευ κενῆς δόξης τὴν ἀλήθειαν*) id quod ultro nobis in memoriam revocat illa *ὑπομνήματα ὑπὲρ κενοδοξίας*, quae inter libros Aristonis Chii commemorat Laert. Diog. VII, 163, — erant igitur haec non *commentaria de inani gloria* (sic praeter ceteros Saal *de Aristone Chio* p. 14) sed *de vana opinione.*[1]) Nullus enim dubito quin Stoici sint hi libri, non Peripatetici, praesertim cum recte Heinze (l. c.) mihi admonuisse videatur, etiam Marcum Antonium Stoici Aristonis scripta legisse. In universum autem in diiudicanda illa quaestione haec observanda esse puto: cum tituli librorum traditi sint, qui a veteribus et huic et illi tribuantur, cum utriusque iudicii neque argumenta nobis nota sint, neque alterum auctoritate gravissima viri cuiusdam fulciatur (nam talis non est Panaetius: cf. Hartlich in *Leipz. stud.* XI p. 274), argumenta e re ipsa nobis petenda sunt, ut Stoica Stoico tribuamus, Peripatetica Peripatetico, et in librorum titulis (id quod post Krischium (*forschungen*) persecutus est Saal l. c. p. 15 sqq.) et in ipsis sententiis, nimirum respicientes ea quae cuiusque propria a testibus quibus fides habeatur dignis traduntur. Sed redeamus ex hac digressione ad exilium.

1) Nullo enim argumento probari posse puto, haec *ὑπομνήματα* eundem esse librum atque illum, qui laudatur in Philod. *de vit.* l. X (col. X) *περὶ τοῦ κουφίζειν ὑπερηφανίας ἐπὶ τὸ πολὺ* ab Aristone quodam conscriptus.

II. 1. Atque in initio cap. 7 libelli Plutarchei narratiuncula legitur, quae originem Cynicam nimis fere aperte redolet, nescio an praecipue ea in re, quod inducuntur Aegyptii[1]) illi non solum dicentes, sed etiam haud sane decorum aliquid facientes *ἐπιδεικνύντες τὰ αἰδοῖα*, ut Diogenes „ut res cum verbis consentirent" in Dion. Chrysost. or. VIII (p. 287 R) *ἐννοήσας οἶμαι τὸ τοῦ Ἡρακλέους τοὺς μὲν λόγους ἀφῆκε, χαμαὶ δὲ καθεζόμενος ἐποίει τι τῶν ἀδόξων* (cf. E. Weber l. c. p. 140). Simillimam autem universa ex indole dixerim illam de Lacaena narratiunculam, quam Bionis esse supra cognovimus (Teles p. 45, 1 sqq.): *φυγόντων γὰρ αὐτῆς τῶν υἱῶν ἐκ τῆς μάχης καὶ παραγενομένων πρὸς αὐτήν, „ποῦ" φησίν „ἥκατε φεύγοντες; ἢ δεῦρο καταδυσόμενοι ὅθεν ἐξέδυτε;" ἀνασυραμένη καὶ δείξασα αὐτοῖς.* Bioneum igitur „sal nigrum" cognoscimus, sed mitigatum quodammodo, cum dictum illud *κυνικώτερον* esse dicatur, atque aliud opponatur, quod *εὐπρεπέστερον* sit *καὶ σεμνότερον εἰπεῖν.* Cum autem hoc ipsum Aristonis sit, apparet, vituperationem illam narratiunculae Cynicae eiusdem esse, id quod re vera optime in eum quadrat. Ut enim in universum sententias Bionis minus magisve retractavit (Heinze p. 508), ita in singulis colorem Cynicum detergere studuit, id quod iusto minus pressisse mihi Heinze videtur. Narratiunculae illius — ut exemplum adferam — de Athenis, quae simul urbs *πολυτελής*, simul *εὐτελής* sit, quin universa indoles ac ratio Cynica sit, dubitari non potest: atqui apud Teletem (p. 8, 12) et genuina forma et vere Cynica persona, Diogenes scilicet, servatae sunt; in Plut. *π. εὐθυμ.* c. 10 Socrati tribuuntur eadem, quae praeterea satis languide referuntur[2]), id quod a Plutarcho demum factum esse non est verisimile — hic enim nihil habebat, quod nomen mutaret, quippe qui etiam aliis locis Cynicos reciperet, velut in libello *π. φυγῆς* —: contra Aristonis intererat, haud nimis aperte

1) Aegyptios saepius commemorari apud Bionem recte adnotare videtur Hense l. c. p. 549.

2) Quomodo Heinze p. 509 apud Plutarchum genuinam formam cognoscere potuerit haud intelligo: immo, illud vere Bioneum, *τὸ θεατρικόν*, quod tanquam in scaena omnia fieri videmus, plane evanuit, neque minus verba paulo fortiora (*ἐβόα, ἀνέκρα γεν*) eiectasunt.

Cynicum profiteri. — Eodem modo res se habet in altera narratione — est de muliere illa, quae coniuge cum amicis accumbante *παρελθοῦσα τὴν τράπεζαν ἀνέτρεψεν*, — quae de Xanthippe narratur atque Socrate ap. Tel. p. 12, 11 sqq., de Pittaco eiusque uxore, quae altera Xanthippe fuisse videtur, in Plut. *π. εὐθυμ.* c. 11. Genuinam enim formam, quam quin hic quoque Teles exhibeat dubitari nequit, mutavit Aristo — nam Stoicum illud *οὐ μέγα μὲν ἀνδρείας, μέγα δὲ σοφίας καὶ δικαιοσύνης κλέος* indicare videtur — et quod Socratem nimis suspiciebat, quam cui talia accidisse narraret, et quod opus ei erat viro, cui externa *λαμπρὰ καὶ περιβόητα* fuerant.[1]) — Ceterum his ipsis refellitur, si quis Teletem ex Aristone hausisse putet, id quod per temporum rationem fieri potuit.

2. In eis igitur quae ipse cap. 7 pro Cynicis illis praecipit, primum ea nobis occurrit sententia, unde omnia fere pendent, quae huc spectant commentationum et *π. εὐθυμίας* et *π. φυγῆς*, scilicet nos *νοῦν καὶ λογισμόν*, mentem ac rationem, adhibentes *τὰ πράγματα*, res externas, superare posse. Quare non inutile esse puto, paucis verbis adumbrare, quid singuli philosophi, qui quidem in nostris alicuius momenti sint, de ratione censeant, quae inter homines atque res externas intercedat, ut hac via postea ad singulos referre possimus,

1) Haec quae exposui nescio an confirmentur loco Plutarchi (*Amat.* c. 24 p. 770 B), quem Bioni vindicatum prolegg. p. LVIII Hense denuo affert l. c. p. 553. — Sed priusquam iudicemus relegamus eum: *οἶσθα τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας ὡς εἰς ἀβεβαιότητα πολλὰ λέγουσι καὶ σκώπτουσι λέγοντες, ὥσπερ ᾠὸν αὐτῶν τριχὶ διαιρεῖσθαι τὴν φιλίαν, αὐτοὺς δὲ νομάδων δίκην ἐνεαρίζοντας τοῖς τεθηλόσι καὶ ἀνθηροῖς εὐθὺς* <*ὡς*> *ἐκ τῆς πολεμίας ἀναστρατοπεδεύειν. ἔτι δὲ φορτικώτερον ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς.* Totum igitur hunc locum „ex Bionea quadam diatriba adsumptum" putat Hense; sed quomodo id factum esse potest, cum expressis verbis dicatur, posteriorem tantum partem Bionis esse? Quamquam quin recte demonstraverit vir doctissimus, Bionea etiam in priore parte latere dubitari non potest: dicendum erit, haec ex Aristone sumpsisse Plutarchum qui illud „*φορτικώτερον*" detergens eandem sententiam profert. — Id quod cum eo confirmatur quod Aristo hoc ipso in *Ἐρωτικῷ* laudatur (c. 21 p. 766 F; cf. infra p. 85 adn. 1), tum eo quod inter libros Aristoneos commemorantur *ἐρωτικαὶ διατριβαί*.

quae tradita sunt de exilii ab hominibus sustinendi ratione. Initium igitur faciendum nobis est a Stilpone, quem τὴν ἀπάθειαν sapientis professum esse iam supra cognovimus, ita ut omnino non sentiat hic quae sibi accidant. Quam rationem quamvis interdum Cynici atque Stoici secuti sint (cf. Hense prolegg. p. XL), tamen ipsi Cynici docent, non neglegendas esse res externas, sed superandas, secundum veteres Cynicos ut contemnamus, secundum recentiores ut nobis illas subiungamus: habes igitur in his idem inter utrosque discrimen quod in omnibus fere sententiis, quale est inter eos qui unam rationem adhibentes sapienti praecepta dant, et qui usum respicientes praecepta hominis naturae adaequant. Illud igitur etiam Crates docet, cum ap. Tel. p. 28, 9 dicat: ἀλλὰ καὶ πλῆρες ὂν αὐτὸ (τὸ φασκώλιον scil.) οὕτως ὄψει καὶ κενούμενον ἰδὼν οὐκ ὀδυνήσῃ, hoc Bio, qui in his de Cyrenaicis pendet (cf. Hense p. LXIV sq.), cum scribat (ap. Tel. p. 3, 8 sqq.): σὺ κέχρησαι τοῖς πολλοῖς καλῶς, ἐγὼ δὲ τοῖς ὀλίγοις· οὐ γὰρ τὰ πολυτελῆ, φησί, τρέφει, οὐδὲ ἐκείνοις μὲν ἔστι μετ' ἀφελείας[1]) χρῆσθαι, τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ εὐτελέσι μετὰ σωφροσύνης οὐκ ἔστι καὶ ἀτυφίας. Cui adiciam

1) ὠφελείας codd.; cum enim demonstrare velit, et magnis καλῶς χρῆσθαι aliquem posse et parvis, atque cum hoc ita significet, ut haud recte negari dicat, μετὰ σωφροσύνης καὶ ἀτυφίας eis nos uti posse, sequitur — ut illud similiter de more Bionis dicatur — in voce ὠφελείας latere notionis eiusdem verbum: atque nulla fere litterarum mutatione induci potest ἀφελεία (ἀφελής legitur ap. Tel. p. 29, 10; 30, 9). Σωφροσύνη in altero dicto Bionis redit, quod depravatum traditur in Gnom. Vatic. ed. Sternb. (*Wien. stud.* X) n. 162: τὴν μὲν φρόνησιν ἔφη παντοπώλιον εἶναι τῶν ἀγαθῶν, τὴν δὲ σωφροσύνην στρατουρίαν — στρατουργίαν scripsit Sternbach, quo quid significari voluerit nescire me fateor. Expectatur vox, qua similem per imaginem definiatur ἡ σωφροσύνη ita, ut simul eam esse minoris quam τὴν φρόνησιν indicetur, quam τοσοῦτον διαφέρειν τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ὅσον τὴν ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων censuisse Bionem tradit Laert. Diog. IV, 51. Atqui tabernae quodammodo opposita est officina, ut conicias pro ΣΤΡΑΤΟΥΡΙΑΝ scribendum esse ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟΝ. Dixit igitur fortasse Borysthenita, eadem te prudentia tanquam e παντοπωλίῳ facile simul comparare licere, quae temperantia tanquam in ἐργαστηρίῳ singula labore tibi quaerenda sint — quamquam rem sane lubricam esse sentio, frustulam talem e sententiarum nexu exsectam emendare.

alterum apophthegma, ut cognoscas non semper fidem habendam esse eis nominibus quae dictis illis praefixa leguntur. Si enim apud Laert. Diog. VI, 29 de Diogene legeris haec: *ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μη γαμεῖν, καὶ τοὺς μέλλοντας καταπλεῖν καὶ μὴ καταπλεῖν, καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι καὶ μὴ πολιτεύεσθαι, καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν καὶ μὴ παιδοτροφεῖν, καὶ τοὺς παρασκευαζομένους συμβιοῦν τοῖς δυνάσταις καὶ μὴ προσιόντας*, non veteris et vere Cynici esse statim adnotabis eos laudare, qui omnibus qualescumque sibi offerantur rebus utantur[1]): canis ille vetabat quemquam uxorem ducere, ad rem publicam accedere, consuetudine regum uti. Confirmantur autem quae de origine apophthegmatis huius suspicati sumus eo quod similia in Aristoneis redeunt, quamvis paulum variata ita ut vituperentur contrariam rationem sequentes: (*π. εὐθυμ.* c. 3) *τὸ μη δύνασθαι μηδ' ἐπίστασθαι χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ὀρθῶς — ταῦτα καὶ γεγαμηκότας ἀνιᾷ καὶ ἀγάμους· διὰ ταῦτα φεύγουσι τὴν ἀγοράν, εἶτα τὴν ἡσυχίαν οὐ φέρουσι· διὰ ταῦτα προαγωγὰς ἐν αὐλαῖς διώκουσι καὶ παρελθόντες εὐθὺς βαρύνονται.*[2]) Neque apud recentioris aetatis philosophos, quibus aliquid Cynici adhaeret, hac ratione disposita desunt; leguntur enim in diss. Epict. II, 16, 42 haec, quae Deo dicere hominem vult: *ἄρχειν με θέλεις, ἰδιωτεύειν· μένειν, φεύγειν· πένεσθαι, πλουτεῖν; ἐγώ σοι ὑπὲρ ἁπάντων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀπολογήσομαι, δείξω την ἑκάστου φύσιν οἷα ἐστίν*; quamquam manum Musonii vel Epicteti novantem nemo est quin cognoscat: non enim homo ut per ipsius virtutem rebus uti possit studet, sed

1) Hunc inesse verbis sensum e postrema parte elucet, cum priora etiam ita intelligi possint, ut Diogenes et eos laudasse narretur qui in matrimonium ducant et eos qui non ducant e. q. s.; ultimis vero verbis nihil aliud significari potest nisi laudari eos qui una cum regibus vivere praesto sint, non tamen ultro adeant. Aliter, neque tamen rectius hoc intellexit Turnebus („qui sciant cum regibus vivere, sed nunquam adeant"), qui propterea mutare volebat priora in *τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μὴ γαμοῦντας* e. q. s.

2) Locum qui me fugerat Wachsmuthii debeo humanitati. — Cum hoc rursus comparat Heinze (l. c. p. 521) Hor. ep. I, 1, 87, cuius alius quoque locus (ep. I, 17, 11 sqq.) apte afferatur, ubi a narratiuncula illa quae est de Aristippo et Diogene proficiscitur (Laert. Diog. II, 68).

voluntati dei oboediens omnia patienter fert, ut ipsis illis verbis praecedunt haec: *χρῶ μοι λοιπὸν ἂν θέλῃς, ὁμογνωμονῶ σοι, σός εἰμι.* Quam rationem saepius in dissertationibus Epicteteis — statim haec inseram, cum non respondeant rationi Epicteti propriae — ad exilium ipsum relatam videmus ita ut sapiens dicat (IV, 4, 34): *θέλετ' εἰς Ῥώμην; εἰς Ῥώμην. Εἰς Γύαρα; εἰς Γύαρα. Εἰς Ἀθήνας; εἰς Ἀθήνας. Εἰς φυλακήν; εἰς φυλακήν — ἂν ἅπαξ εἴπῃς· „πότε τις εἰς Ἀθήνας ἀπέλθῃ", ἀπώλου*: multo enim honestius quam Athenis, in urbe pulcherrima, versari *τὸ εὐδαιμονεῖν, .. τὸ ἀπαθῆ εἶναι, τὸ ἀτάραχον*; multo honestius quam Romam, urbem tumultuosam, evitare *τὸ εὐροεῖν.* Neve igitur Gyaris recorderis Romae neve Romae Athenarum (III, 24, 109): atque si *Ῥώμῃ διάγειν ὀκνεῖς, τὴν Ἑλλάδα ποθεῖς,* licet ex te quaerere: *ὅταν δ' ἀποθνήσκειν δέῃ, καὶ τότε μέλλεις ἡμῶν κατακλαίειν ὅτι τὰς Ἀθήνας οὐ μέλλεις βλέπειν καὶ ἐν Λυκείῳ οὐ περιπατήσεις* (III, 24, 77); Nam si fles, quod non eosdem vides neque eisdem in locis versaris, dignus qui *καὶ τῶν κοράκων καὶ κορωνῶν ἀθλιώτερος ᾖς, οἷς ἔξεστιν ἵπτασθαι ὅπου θέλουσι καὶ μετοικοδομεῖν τὰς νεοσσιας καὶ τα πελάγη διαπερᾶν μὴ στένουσι μηδὲ ποθοῦσι τὰ πρῶτα* (III, 24, 6). Exemplo tibi est Diogenes: num hunc vides *κλαίοντα ἢ ἀγανακτοῦντα, ὅτι τὸν δεῖνα οὐ μέλλει βλέπειν οὐδὲ τὴν δεῖνα, οὐδὲ ἐν Ἀθήναις ἔσεσθαι ἢ ἐν Κορίνθῳ, ἀλλ' ἂν οὕτω τύχῃ ἐν Σούσοις ἢ ἐν Ἐκβατάνοις* (II, 16, 35). Hunc igitur imiteris, qui *αὐτοῖς τοῖς πειραταῖς συνήθης ἐγίγνετο* (III, 24, 66), neque eos adulabatur, *ἵν' αὐτὸν Ἀθηναίων τινὶ πωλήσωσιν, ἵν' ἴδῃ ποτὲ τὸν Πειρειᾶ τὸν καλὸν καὶ τὰ μακρὰ τείχη καὶ τὴν ἀκρόπολιν* (73), atque licet tibi dicere: *τί ἔτι ποθεῖς τους συνήθεις τόπους; ἔκδεξαι βραχὺ καὶ τούτους πάλιν ἕξεις συνήθεις· εἶτα ἂν οὕτως ἀγεννῶς ἔχῃς, πάλιν καὶ τούτων ἀπαλλαττόμενος κλαῖε καὶ στένε* (56). Quae etiam iocose sic dicit (id quod in memoriam nobis revocat illam Iocastae irrisionem in Plut. c. 16; cf. c. 6), ut inducat querentem (II, 16, 30), *ὅτι οὐκέτι τὸ τῆς Δίρκης ὕδωρ πίνειν μέλλει. — Τὸ γὰρ Μάρκειον χεῖρόν ἐστι τοῦ τῆς Δίρκης; — Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι σύνηθες ἦν. — Καὶ τοῦτο πάλιν ἔσται σοι σύνηθες· εἶτ' ἂν μὲν καὶ τούτῳ προσπαθῆς, καὶ τοῦτο πάλιν κλαῖε καὶ ζήτει στίχον ὅμοιον τῷ Εὐριπίδου ποιῆσαι*

Θερμάς τε τας Νέρωνος Μάρκιόν θ' ὕδωρ.

Quam ludificationem versuum illorum Euripidis (Phoen. 367 sqq.)

πολύδακρυς δ' ἀφικόμην
χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα καὶ βωμοὺς θεῶν
γυμνάσιά θ' οἷσιν ἐνετράφην Δίρκης θ' ὕδωρ,
ὧν οὐ δικαίως ἀπελαθεὶς ξένην πόλιν
ναίω δι' ὄσσων ὄμμ' ἔχων δακρυρροοῦν

non suo debere ingenio Epictetum cum per se verisimile est, tum eo probatur, quod et sententia et forma Bionis memoriam affert, si cum eis quae sequuntur verbis *ἴδε πῶς τραγῳδία γίνεται, ὅταν εἰς μωροὺς ἀνθρώπους πράγματα τὰ τυχόντ' ἐμπεσῇ* comparas illa, quae leguntur in Tel. *π. φυγῆς* sermone p. 22, 2: *ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς ἀγωνία πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν.* Eodem nos ducit illa huius versus Euripidei *παραδιόρθωσις* — ex qua praeterea cognoscas licet, meliorem philosophum quam poetam vel metricum fuisse Epictetum —, quales, ut Homericorum versuum detorsiones, a Cynicis adhibitas esse apparet ex exemplis a Webero l. c. p. 210 adn. 1 allatis[1]), sicuti hunc ipsum versum ad *μικρολόγων* filios[2])

1) Complures habes ap. Plut. *quom. adol. poet. aud. deb.* c. 12 p. 33 C sqq.; *de garrul.* c. 1. — *De Homero in apophthegmatis usurpato* cf. Teuferi dissertationem.

2) De his enim agitur, non de Megarensium filiis, ut praecepta illa non horum sunt, sed avarorum, id quod dilucide scriptum extat: *οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸν Εὐριπίδην*

Ἀκόλαστα πάντη γίνεται δούλων τέκνα,

ἀλλὰ καὶ τῶν μικρολόγων, quibuscum artissime cohaerent quae sequuntur: *καὶ γὰρ οὓς δοκοῦσι παιδεύειν ἀπολλύουσι καὶ προσδιαστρέφουσι ἐμφυτεύοντες τὴν αὑτῶν φιλαργυρίαν καὶ μικρολογίαν.* Qui enim intulerunt „puerorum educandorum rationem Megaricam" et „Megaricos" Hense (prolegg. p. LXIX) et Heinze (de Hor. Bionis imit. p. 19) non viderunt, illud Diogenis apophthegma obiter inseri (*ὥς που καὶ*) neque arte cum tota hac argumentatione cohaerere (neque enim verba consentiunt, cum *καὶ γὰρ οὓς δοκοῦσι* e. q. s. ad singulare *Μεγαρέως ἀνδρός* vix referri possint), ut plane alium sensum efficiens narratur apud Laert. Diog. (VI, 41): *Ἐν Μεγάροις ἰδὼν τὰ μὲν πρόβατα τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν γυμνούς, ἔφη „λυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως κριὸν εἶναι ἢ υἱόν".* (Megaris oves pastas esse, inde concludi potest, quod inter eas res, quas Megarenses Athenas exportasse Aristophanes dicit (Ach. 519; Pac. 1000), commemorantur *χλανίσκια* vel *χλανισκίδια*.)

relatum legimus apud Plut. π. φιλοπλουτ. c. 7 p. 526: mortuis patribus

γυμνάσια δ' οἷσιν ἐνετράφη Δίρκης θ' ὕδωρ

παρώδευται, κἂν εἴπῃ τις· „οὐκ ἀκούσῃ τοῦ φιλοσόφου;" „πόθεν· ἐμοί; φησίν· οὐ σχολάζω τοῦ πατρὸς τεθνηκότος."

Quae igitur ad recentioris Cynismi fontes revocavimus, id commune habent, ut nihil certi profiteantur de ratione ac via, qua illud *καλῶς χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν* tibi comparare possis: atque hoc ipsum accedit in eis, quae ad Aristonem referenda esse commentationum illarum cognovimus, cum in eis doceatur, *φρόνησιν* aut *λογισμόν* aut *νοῦν* adhibenda esse, ut rebus uti possimus, *κενὴν δόξαν* autem causam miseriarum esse. Sed cum singula per libellum π. φυγῆς iam supra perlustraverimus atque idem per duo alia scripta (π. εὐθυμίας et π. ἀρετ. κ. κακ.) Heinze fecerit (l. c.), pauca per alia scripta dissipata adiciam. Velut in illo Plutarchi π. τύχης libello quem Duemmler Aristoni vindicavit (*Akadem.* p. 211 sqq.) sic *ἡ φρόνησις* definitur (cap. 6 p. 99 E): *οὐ χρυσίον ἐστὶν οὐδ' ἀργύριον οὐδὲ δόξα οὐδὲ πλοῦτος οὐδ' ὑγίεια οὐδ' ἰσχὺς οὐδὲ κάλλος*, sed *τὸ πᾶσι τούτοις καλῶς χρῆσθαι δυνάμενον.* — Pro *φρονήσει* (*τὸ φρονεῖν* π. εὐθυμ. c. 4) modo *ὁ λόγος* reponitur (π. ἀρετ. κ. κακ. c. 4 *τοιαύτην ὁ λόγος ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ διάθεσιν* e. q. s. cf. π. εὐθυμ. c. 4; Laert. Diog. VI, 29) modo *ἡ ἀρετή* (Plut. *quom. adol. poet. aud. deb.* c. 14 p. 36 D: poetae verba quaedam *ἆρ' οὐκ ἀπόδειξίς ἐστιν, ὧν οἱ φιλόσοφοι λέγουσι περὶ πλούτου καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν ὡς χωρὶς ἀρετῆς ἀνωφελῶν ὄντων καὶ ἀνονήτων τοῖς ἔχουσι;*), quae quomodo inter se cohaereant infra paucis explicare in animo est. *Virtus* et *malitia* inter se opponuntur atque similitudine ni fallor vere Aristonea explicantur in Sen. ep. 31, 5: *fac te ipse felicem: facies autem si intellexeris bona esse, quibus admixta est virtus, turpia quibus malitia coniuncta est.* Ut nihil sit splendidum sine luce, nihil atrum sine tenebris, ut nihil calidum sine igne,

---

Neque igitur ex his effici potest, Megarenses praeter ceteros *μικρολόγους* fuisse neque — cum nihil tale de eis sciamus — haec e Megarensi scriptore sumpsisse Plutarchum velut e Telete: atque ideo omnino tanti esse putavi, quod adnotarem.

sine aere nihil frigidum: *ita honesta et turpia virtutis ac malitiae societas efficit.*[1])

Temporibus illis, quibus Stoici severi florebant, fere nihil deberi, quod huc referendum sit, non est ut mireris.[2]) Nam in eis quae docebant solam rationem spectabant, non vitam, ita ut hanc secundum illam conformare nemo posset: modo cogites, quantum inter se differat quod docebant, sapientem ad rem publicam accedere debere, et quod re vera omnes in otium se recipientes vitam degebant — quem dissensum satis spinosis argumentis tollere studebant. Quali e fonte fortasse fluxerunt quae in Sen. dial. c. 9, 3 leguntur, quibus exponitur, exilium propterea non malum esse, quia virtutes nobiscum ducamus, ita ut impediat quominus miseri fiamus id ipsum quod virtutes habeamus, non quod virtute miseriam vincamus.

Ea demum aetate, qua philosophi rursus ipsam vitam spectabant, in lucem eduntur quae ad nostram rem pertinent. Musonius enim quid de homine et rebus externis senserit cognosci potest ex ecloga illa *περὶ ἀσκήσεως* inscripta (Stob. flor. 29, 78) ubi docet (II p. 14, 28 Mein.): *διὰ δὲ τῆς ψυχῆς ἄσκησίς ἐστι πρῶτον μὲν τὰς ἀποδείξεις προχείρους ποιεῖσθαι, τάς τε περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν δοκούντων ὡς οὐκ ἀγαθὰ καὶ τὰς περὶ τῶν κακῶν τῶν δοκούντων ὡς οὐ κακὰ καὶ τὰ ἀληθῶς ἀγαθὰ γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν ἀπὸ τῶν μὴ ἀληθῶς ἐθίζεσθαι*, tum haec assequi, vere mala evitare, non illa quae videantur bona et mala appetere et fugere (cf. Maxim. Tyr. II, 2). Epicteti denique sententiam, unde fere omnis eius pendet philosophia, legimus in man. c. 1: *τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις ὁρμὴ ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα κτῆσις δόξαι ἀρχαί· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα*, quae

---

1) Neque ea quae sequuntur (*Quid ergo est bonum? rerum scientia. quid malum est? rerum imperitia* [cf. *ἀπειρία πραγμάτων π. εὐθυμ.* c. 3]. *Ille prudens atque artifex pro tempore quaeque repellet aut eliget. sed nec quae repellit timet, nec miratur quae eligit, si modo magnus ei et invictus animus est*) quin Aristonis sint dubitabis, si memineris eius virtutis definitionis quam Galenus servavit (*ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν*), cll. eis quae infra disputaturus sum.

2) Zeller III, 1 p. 297.

si recte dignosces, *οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινί* (§ 3 cf. etiam diss. I, 1, 7); contra si movemur, *ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα* (man. c. 5). Videmus igitur, Musonium Epictetumque neque docere cum Stilpone, nos externa omnino non sentire, neque exhortari cum recentioris aetatis Cynicis et Aristone, ut externa nobis subiungamus quodammodo, sed admonere, ut externa accipiamus quidem, sed tanquam aliena, semper animum attendamus ad vera bona, ad *τὰ ἐφ' ἡμῖν*, id quod Epictetus sic reddit (diss. IV, 5, 6): *Στρατηγῆσαι; — Οὔ· ἀλλ' ἂν διδῶται, ἐπὶ ταύτης τῆς ὕλης τὸ ἴδιον ἡγεμονικὸν τηρῆσαι. Γῆμαι; — Οὔ· ἀλλ' ἂν διδῶται γάμος, ἐπὶ ταύτης τῆς ὕλης κατὰ φύσιν ἔχοντα αὐτὸν τηρῆσαι.* — Quam rationem iterum iterumque explicantem atque adhibentem videmus Epictetum.

3. Quae cum in universum de hominum atque rerum consuetudine singulos censuisse cognoscamus, iam videamus, quomodo ad exilium haec redegerint, ut non exilium ipsum malum esse dicerent, sed ab aliis pro malo accipi, ab aliis non.

Talia cum de senectute atque paupertate tum de *ξενίᾳ* dicuntur Tel. p. 8, 8: *οὕτως ἐάν σοι δείξω δύο γέροντας δύο πένητας δύο φεύγοντας, τὸν μὲν ἐν τῇ πάσῃ εὐκολίᾳ καὶ ἀπαθείᾳ ὄντα, τὸν δὲ ἐν τῇ πάσῃ ταραχῇ· οὐ φανερόν, ὅτι οὐ τὸ γῆρας, οὐ τὴν πενίαν, οὐ τὴν ξενίαν αἰτιατέον ἀλλ' ἕτερόν τι.* Similia ut de sola paupertate dicuntur p. 26, 7, ita de exilio ap. Sen. *de rem. fort.* VIII, 2 p. 104, 1 Rossb., id quod in libelli Plutarchei cap. 2 exemplis Polynicis Euripidei et Alcmanis[1]) illustratur; utrumque coniunctum, Stoico colore paullulum tinctum habes in Sen. ep. 85, 40: *sapiens virtutem si licebit in divitiis explicabit, si minus in paupertate; si poterit in patria, si minus in exilio.*[2])

Aristoneam huius sententiae formam habes apud Plutarchum (c. 17 p. 607 F): *ἀνθρώπου δ' οὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος εὐδαιμονίαν ὥσπερ οὐδ' ἀρετὴν οὐδὲ φρόνησιν*: nam vocem *ὥσπερ*

---

1) De epigrammate cf. Cobet Mnemos. N. S. I p. 383.

2) Talia lepide atque urbane iocans imitatur Horatius (Sat. II, 1, 57):

Ne longum faciam: seu me tranquilla senectus
Expectat seu Mors atris circumvolat alis,
Dives inops, Romae seu fors ita iusserit exul:
Quisquis erit vitae scribam color!

sic intelligendam esse (ut causam quasi indicet) sequitur ex Anaxagorae atque Socratis, qui carcere inclusi sunt, Tantali atque Phaethontis, qui in caelo versantur, exemplis: ut enim illi in miserrimo loco bene se habent, ita hi in pulcherrimo loco infelices sunt *διὰ τὴν ἀφροσύνην*. Socratis exemplum similiter a Seneca afferri supra adnotavi (ad Helv. c. 13, 4): nescio an rivulus quidam ex Aristoneis usque ad locum illum Annaeanum profluxerit; certe sapiens *qui ab opinionibus volgi secessit* Aristonis esse potest, quamquam et hic et ei quos infra cum Graecis comparabimus consolationis Annaeanae loci (p. 100) non tales mihi esse videntur, ut eis insistentes quidquam certi affirmare possimus.

Quae apud Plutarchum obiter commemoratur sententia, exilium nos virtute (de *φρονήσει* cf. infra) non privare posse, in universum de externis rebus dicitur in commentationis *π. εὐθυμ.* c. 17: *καὶ γὰρ ἡ τύχη δύναται νόσῳ περιβαλεῖν, ἀφελέσθαι χρήματα, διαβαλεῖν πρὸς δῆμον ἢ τύραννον*, malum non potest facere bonum *οὐδὲ παρελέσθαι τὴν διάθεσιν*[1]), *ἧς ἀεὶ παρούσης πλέον ἢ κυβερνήτου πρὸς θάλατταν ὄφελός ἐστι πρὸς τὸν βίον*. In quibus illa timendorum habes *tria genera: timetur inopia, timentur morbi, timentur quae per vim potentioris eveniunt* (Sen. ep. 14, 3), quae in talibus saepius occurrunt, velut apud ipsum Senecam, qui animum opponit: (ad Helv. c. 11, 7) *corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc iactatur, in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur: animus quidem ipse sacer et aeternus et cui non possit inici manus*, velut in diss. Epict. III, 24, 28. Duo habes in loco Epicteteo Annaeani simillimo (I, 9, 12), ubi discipuli queruntur *ἄφες λυθῆναί ποτε τῶν δεσμῶν τούτων τῶν ἐξηρτημένων καὶ βαρυνόντων· ἐνταῦθα λῃσταὶ καὶ κλέπται, καὶ δικαστήρια καὶ οἱ καλούμενοι τύραννοι δοκοῦντες ἔχειν τινὰ ἐφ' ἡμῖν ἐξουσίαν διὰ τὸ σωμάτιον καὶ τὰ τούτου κτήματα* atque eadem in altero, ubi sua respondet Epictetus (III, 22, 105): *λῃστὴς προαιρέσεως οὐ γίγνεται, τύραννος οὐ γίγνεται* atque idem I, 18, 17 de tyranno solo. Qui

1) Eadem verba in Stob. ecl. II, 8, 32 leguntur *ἐκ τοῦ Πλουτάρχου περὶ φιλίας* sumpta.

locus sinceriore forma legitur I, 1, 22, cum sapiens atque ille hic inter se colloquantur: *Εἰπὲ τὰ ἀπόρρητα. — Οὐ λέγω· τοῦτο γὰρ ἐπ' ἐμοί ἐστιν. — Ἀλλὰ δήσω σε. — Ἄνθρωπε, τί λέγεις; ἐμέ; τ ὸ σκέλος μου δήσεις· τὴν προαίρεσιν οὐδ' ὁ Ζεὺς νικῆσαι δύναται. — Εἰς φυλακήν σε βαλῶ. — Τὸ σωμάτιον. — Ἀποκεφαλίσω σε. — Πότε οὖν σοι εἶπον, ὅτι μόνου ἐμοῦ ὁ τράχηλος ἀναπότμητός ἐστιν; ταῦτα ἔδει μελετᾶν τοὺς φιλοσοφοῦντας*, atque horum similia magis minusve mutata extant I, 19, 8; 29, 5—7. — Quod autem fuerit exemplum talis inter tyrannum atque *virum bonum* colloquii recte indicavit Uptonius ad locum illum priorem, nimirum Penthei atque Dionysi dialogus, qualem finxit Euripides in fabula illa quae Bacchae inscribitur. Nam similia, ut idem recte adnotavit, in Hor. ep. I, 16 leguntur, ubi mirum in modum neque tamen nobis ignotum mythologiae res et recentioris aetatis inter se commixtae sunt, ut manifestum fiat quomodo Epictetea cum tragicis cohaereant:

(v. 73) *Vir bonus et sapiens audebit dicere „Pentheu*
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges?“ „adimam bona.“ „nempe pecus rem
Lectos argentum. tollas licet.“ „in manicis et
Compedibus saevo te sub custode tenebo.“
„Ipse deus simul atque volam me solvet.“

Non igitur dubium erit opinor, quo ex gymnasio haec petita sint, praesertim cum addamus — id quod Kiessling iam adnotat — extremum illud

λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτός, ὅταν ἐγὼ θέλω

eodem quo apud Horatium modo in Plut. *π. εὐθυμ.* cap. 18 ad mortem voluntariam referri. Ut vero de exilio hoc *mors ultima linea rerumst* dicitur in diss. Epict. II, 6, 22 atque similitudine domus exornata I, 25, 17 sq. (ne quid coactus facias *μηδ' ὑπολαμβάνων ἐν κακοῖς εἶναι· τοῦτο γὰρ οὐδείς σε ἀναγκάζει. Καπνὸν πεποίηκεν ἐν τῷ οἰκήματι; ἂν μέτριον, μενῶ· ἂν λίαν πολύν, ἐξέρχομαι.* Iuberis non Nicopoli non Romae non Athenis habitare, sed Gyaris: *οἰκῶ. — ἀλλὰ πολύς μοι κάπνος φαίνεται τὸ ἐν Γυάροις οἰκεῖν· ἀποχωρῶ, ὅπου μ' οὐδεὶς κωλύσει οἰκεῖν*), ita prior illa ratio in eodem adhibetur (I, 1, 22): *φυγαδευθῆναι* (*με δεῖ* scil.); *μήτις οὖν κωλύσει γελῶντα καὶ εὐθυμοῦντα καὶ εὐροοῦντα* (cf. I, 29, 6; praeterea quae de Helvidio Prisco

et de Vespasiano imperatore narrantur I, 2, 21), atque idem fit in Musonii de ipso exilio commentario p. 74, 27: *καὶ γὰρ εἰ τὴν πατρίδα τις ἡμᾶς ἀφῄρηται, τό γε δύνασθαι φέρειν φυγὴν οὐκ ἀφῄρηται* (eadem forma de fame sitique Epict. diss. III, 10, 8), apud quem eandem sententiam in universum dictam e Stilpone depromptam supra cognovimus.

Senecae unum locum iam attulimus, cui illa induta erat forma; alii sunt liberius conformati. Velut complectitur duo illa argumenta a Varrone et Bruto contra exilii malum allata, dico naturae et virtutis, his verbis (c. 8, 3): *Id actum est ab illo quisquis formator universi fuit .., ut in alienum arbitrium nisi vilissima quaeque non caderent. quidquid optimum homini est, id extra humanam potentiam iacet, nec dari nec eripi potest;* velut ep. 66, 21 exemplo est *vir bonus pauper aut exul ac pallidus*[1]) (ubi fortasse notandum, quam accurate his respondeant verba *res honesta sed tristis atque aspera*). Eiusdem epistulae § 3 *virtutem omni loco nasci* ab ipsa natura eo significari putat, quod *potest et ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus* exire, ut ep. 74, 28 exponit, semper aeque magnam esse virtutem: *modo latius virtus funditur .., modo arto fine concluditur paupertatis exilii orbitatis: non tamen minor est, si .. ex publico et spatioso iure in angustias domus vel anguli coit* et ep. 92, 18 similitudine solis haec illustrat: *hoc itaque adversus virtutem possunt calamitates et damna et iniuriae, quod adversus solem potest nebula.* Contra quod ep. 51, 2 dicit, sapiens ut colorem aliquem vestis evitet, tanquam minus aptum *frugalitatem professo, sic regio quoque est, quam sapiens vir aut ad sapientiam tendens declinet tamquam alienam bonis moribus,* id ad ipsum hunc locum factum esse videtur, non omnino in doctrinam receptum.

Iam vero illis locis quae sunt de accipiendo exilio adiciendus

---

1) Cf. Plut. *quom. quis s. in virt. sent. prof.* c. 15 p. 84 F *οὕτως ἡμεῖς μήτε φυγὴν Ἀριστείδου μήθ' εἱργμὸν Ἀναξαγόρου μήτε πενίαν Σωκράτους ἢ καταδίκην Φωκίωνος ὑποδαιμαίνομεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τούτων ἀξιέραστον ἡγούμενοι τὴν ἀρετὴν ὁμόσε χωρῶμεν αὐτῇ τὸ Εὐριπίδειον ἐφ' ἑκάστῳ φθεγγόμενοι· Φεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν.* (cf. Plut. *π. φυγ.* c. 17. — Senecam dial. XII, 13, 7 pro Aristidis nomine Phocionem scribere debuisse iam adnotavit Lipsius).

est Musonianus is, qui respondet eis quae a Plutarcho cap. 7 exponuntur: *ὅσοι μὲν γὰρ ἀργοὶ καὶ ἀμήχανοι καὶ οὐχ οἷοί τε ἀνδρίζεσθαι, οὗτοι μὲν κἂν τῇ πατρίδι ὄντες ἀποροῦσιν ὡς τὸ πολὺ καὶ ἀμηχανοῦσιν· οἱ δὲ γεννικοὶ καὶ φιλόπονοι καὶ συνετοί, κἂν ὅποι ποτὲ ἔλθωσιν, εὐποροῦσι καὶ διάγουσιν ἀνενδεῶς.* Quibus nihil Aristonei inesse apertum est, quamquam sententiarum ordo idem est apud utrumque: Plutarchi enim verbis *ὅπου καὶ ὅτῳ μετρίων πρὸς τὸν βίον εὐπορεῖν συμβέβηκεν* respondent Musonii haec: *καὶ γὰρ οὐδὲ δεόμεθα πολλῶν, ἂν μὴ βουλώμεθα τρυφᾶν·*

> *ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσιν πλὴν δυοῖν μόνον·*
> *Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου,*
> *ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν;*

quibus formam illam ipsum Musonium induisse verisimile est, cum Chrysippum potissimum illis versibus usum esse sciamus (Plut. *de Stoic. rep.* XX, 8 p. 1043). Ipsa sententia in Senecae consolatione redit (c. 10, 1): *Quantulum enim est quod in tutelam hominis necessarium est? et cui deesse hoc potest ullam modo virtutem habenti? .. corporis exigua desideria sunt: frigus submoveri vult, alimentis famem ac sitim extinguere;* ubi notandum esse videtur, virtutem hic non illam per rationem computatam esse, sed quae in vita cotidiana tentetur.

Cum igitur verisimile sit, Musoniana et Aristonea ad unum redire fontem — qui quis fuerit expresse dici vix opus est — hoc eo confirmatur, quod duobus Plutarchi locis similia leguntur, quorum alter in libello exstat, „cuius quin ex Bione colores sumpserit auctor haud ita paucos" non dubitat Hense (cf. prolegg. p. LXXXIX adn.), quem ego etiam Aristonis ingenium reddere putaverim:

An vitios. ad infel. suffic. c. 4 p. 499 D.	*quom. adol. poet. aud. deb.* c. 5 p. 22 C.
τίνας οὖν ταῦτα κακοδαίμονας ποιεῖ; τοὺς ἀνάνδρους καὶ ἀλογίστους, τοὺς ἐνθρύπτους καὶ ἀγυμνάστους, τοὺς ἐκ νηπίων ἃς ἔχουσι δόξας φυλάττοντας.	*οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἐπεκλῶσθαι λυπηρὸν βίον, ἀλλὰ τοῖς ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις, οὓς δειλαίους καὶ οἰκτροὺς διὰ μοχθηρίαν ὄντας εἴωθε δειλοὺς καὶ οἰζυροὺς προσαγορεύειν.*

Quibus locis divisam legimus generalem illam sententiam, tale aliquid esse exilium, quale accipiatur, ita ut fortes exilium non tanquam malum metuere dicatur, ignavos suae culpae tribuere debere, quod miseri sint: id quod breviter sic Sen. *de rem. fort.* comprehendit (VIII, 2 p. 104, 1 R): *si enim sapiens est, peregrinatur; si stultus est, exulat.* Cynicum originem redolet Persae illius quae fingitur epistula ap. Curt. Ruf. VI, 4, 13, qui ad Alexandrum scribit: *Ceterum si cui fides daretur indignus, multa exilia patere fugienti: patriam esse, ubicumque vir fortis sedem sibi elegerit.* Idem in Aristoneis habes ap. Plut. *π. ἀρετ. κ. κακ.* c. 4 p. 101 D: *τοιαύτην ὁ λόγος ἐμποιεῖ διάθεσιν·*[1]) . . . *οὐ βιώσῃ φιλοσοφήσας ἀηδῶς, ἀλλὰ πανταχοῦ ζῆν ἡδέως μαθήσῃ καὶ ἀπὸ πάντων*, et duobus locis supra inter se comparatis (v. p. 61) *π. φυγ.* c. 5 p. 600 E; *π. εὐθυμ.* c. 18 p. 476. Similiter Epicteti *δόγματα* ad exilium referuntur diss. IV, 7, 14: *ἀλλ' ἐξορισμόν* (*θέλεις* scil.); *ὅπου ἐπανέλθω, ἐκεῖ μοι καλῶς ἔσται· καὶ γὰρ ἐνθάδε οὐ διὰ τὸν τόπον ἦν μοι καλῶς, ἀλλὰ διὰ τὰ δόγματα, ἃ μέλλω μετ' ἐμαυτοῦ ἀποφέρειν.* Stoici sapientem vides in Sen. ad Helv. consolatione c. 9, 7, ubi Marcellum se ipsum sic consolantem facit: *ita te disciplinis imbuisti, ut scires omnem locum sapienti viro patriam esse.*

Contrariae vero rationis causa *κακία* est cum in aliis rebus tum in exilio: (Teles p. 5, 9) *ἀλλ' ἡμεῖς πάντα μᾶλλον αἰτιώμεθα, ἢ τὴν ἑαυτῶν δυστροπίαν καὶ κακοδαιμονίαν, τὸ γῆρας τὴν πενίαν τὸν ἀπαντήσαντα τὴν ἡμέραν τὴν ὥραν τὸν τόπον, διό φησιν ὁ Διογένης, φωνῆς ἀκηκοέναι Κακίας ἑαυτὴν αἰτιωμένης·*

Οὔτις ἐμοὶ τῶνδ' ἄλλος ἐπαίτιος ἀλλ' ἐγὼ αὐτή.

Tales locum et aetatem culpantes habes in Sen. ep. 50, 3, qui ambitionis et sumptus causam Romam atque urbem, adolescentiam iracundiae esse dicunt. Sed refutantur: (§ 4) *quid nos decipimus? non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos aegrotare nescimus.* Haec extrema fusius exponuntur

---

1) Quod Crates Demetrium Phalereum (ap. Plut. *de adul.* c. 28 p. 69) adhortatur *ἅμα δὲ θαρρεῖν ἑαυτῷ καὶ τῇ διαθέσει*, verba singula non ad Cratetem referenda sunt.

in ea Plutarchi commentatiuncula, cui titulus est *animine an corpor. affect. sint peior.*, ubi conferas quaeso praecipue c. 2: *καὶ δεῖ τῶν ψυχικῶν πρῶτον καὶ μέγιστον ἀριθμεῖν τὴν ἄνοιαν δι' ἧς ἀνήκεστος ἡ κακία τοῖς πολλοῖς συνοικεῖ καὶ συγκαταβιοῖ καὶ συναποθνήσκει.* — Ubi in sequentibus nova forma illud se ipsum excusare induitur, quae similiter in frustula *ἐκ τῆς ἐπιστολῆς περὶ φιλίας* Stob. flor. 2, 35 (I p. 66 Mein.) servata redeunt:

θυμὸν δὲ πολλοὶ καλοῦσιν ἀνδρείαν καὶ ἔρωτα φιλίαν καὶ φθόνον ἅμιλλαν καὶ δειλίαν ἀσφάλειαν

κακίας αὑτῶν πλάσσονταί τινες ῥημάτων εὐπρεπείᾳ τὸ μὲν φιλοσκώμματον ἁπλοῦν, τὸ δὲ φιλάργυρον προμηθὲς ἀποκαλούμενοι,

nec non in Sen. ep. 45, 7: *vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet, moderatio vocatur ignavia, pro cauto timidus accipitur.* Quae hic in propriis vitiis excusandis vituperantur, ea laudat in alienis Hor. sat. I, 3, 49 (cf. etiam vv. 55 sqq. et cum his Dion. Chrysost. or. LXVI p. 357 R II sq.):

Parcius hic vivit: frugi dicatur. Ineptus
Et iactantior hic paulo est: concinnus amicis
Postulat ut videatur. At est truculentior atque
Plus aequo liber: simplex fortisque habeatur.
Caldior est: acres inter numeretur.[1])

Neque vero in illo *π. πραγμάτων λόγῳ* Aristonis talia desunt; aegroti comparantur c. 3 p. 466: *καὶ γὰρ ἡ γυνὴ λυπεῖ καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶνται καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κλινίδιον*, atque eadem sententia simpliciter reddita occurrit c. 4:

τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών,

et — quae cum his arte cohaerere videntur[2]) — c. 8 similitudine eadem exornata. Saepissime in Epicteteis talia inveniuntur, quorum ratio continetur eis quae leguntur man. c. 5: *ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα ἢ ταρασσώμεθα ἢ λυπώμεθα, μηδέποτε ἄλλον αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτούς, τοῦτ' ἔστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα.*

---

1) Eiusdem satirae Horatianae alia vindicat Bioni Hense l. c. p. 543.

2) Id quod verbis *ὅθεν ἐκεῖνον αὖθις περὶ τῶν πραγμάτων λόγον ἀναλάβωμεν* mihi significari videtur. Heinze haec initium cap. 6 subsequi putat, ubi tamen de *πράγμασι* nihil.

Universa illa sententia, nos ipsos miseriae nostrae auctores esse, non res, ut ad alias res separatim refertur — velut ad paupertatem in Sen. ep. 17, 11 sqq.: *non est in rebus vitium, sed in ipso animo: illud quod paupertatem nobis gravem fecerat et divitias graves fecit;* ut aeger in lecto aureo atque ligneo aeque aegrotat: *sic nihil refert utrum aeger animus in divitiis an in paupertate ponatur: malum suum illum sequitur* et *de rem. fort.* X, 1 p. 104, 15 Rossb. —, ita ad exilium, vel potius ad commutationem loci, quam inter exilii mala numerant. Similem huius Annaeanae epistulae loci dicas Horatianae illum (ep. I, 14, 10 sqq.)

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:
Cui placet alterius sua nimirum est odio sors.
Stultus uterque locum inmeritum causatur inique:
In culpa est animus, qui se non effugit unquam.

Atque alteri duo loci mire consentiunt inter se poetae atque philosophi, quamquam non verisimile esse dixeris, hunc quo erat ingenio ex illo sua hausisse, Hor. ep. 1, 11, 25:

nam si ratio et prudentia curas, *Non locus effusi late maris arbiter aufert,*	Sen. ep. 28, 1:
Caelum non animum mutant, qui trans mare currunt.	*animum debes mutare, non caelum*... (5) *non peregrinaris,*
Strenua nos exercet inertia: navibus atque *Quadrigis petimus bene vivere. Quod petis hic est,* *Est Ulubris, animus si te non deficit aequus.*	*sed erras et ageris ac locum ex loco mutas, cum illud quod quaeris bene vivere omni loco positum sit.*[1])

Bionea quae huc pertinent supra iam commemoravimus, cum de Plut. capp. 16 et 6 egimus: quorum similia etiam in epistulis Cynicorum redeunt (Diog. ep. 36, 5 *οὐ γὰρ αὐτὰ ἦσαν βλάβαι, ἀλλὰ μοχθηρία*), quas Cynismi recentioris esse monumenta notum est, et in Luciani qui fertur *Κυνικῷ* (cap. 17). Vides ut haec omnia, quae omnibus fere temporibus magis

1) Cf. narratiunculas de Platone et Epaminonda (Gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* X et XI] n. 440 et 282) quaeque ibi adnotantur et quae de Demetrio Phalereo refert Laert. Diog. IX, 37 (*οὐκ ἐκ τόπου δόξαν λαβεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τόπῳ δόξαν περιθεῖναι προελόμενος*).

minusve mutata valebant, referri possint ad Bionem vel Aristonem ita ut nostra quoque aut ab his ipsis inventa aut in eam formam redacta sint, quam apud recentioris aetatis scriptores invenimus.

Iam igitur ad Plutarchi c. 7 revertamur[1]), ubi pauca adicienda erunt de exemplis. Quae enim apud Stilponem Phoenicis Themistoclisque exemplis probari cognovimus, eadem ut demonstrentur hic praeter Themistoclem, qui apud Musonium quoque legitur, Demetrius et Diogenes afferuntur; in Phalerei locum apud Romanum succedit *Δίων ὁ Συρακόσιος*, cui Ulixes adiungitur, quippe qui *παντὸς φυγάδος ὡς ἄν τις εἴποι ἀθλιώτερον διακείμενος* tamen potuerit *τοὺς Φαίακας χρηματίσασθαι ἀφθόνως*. Qui etiam alibi similiter laudatur in Epict. diss. III, 26, 33: *ὅτε ναύαγος ἐξερρίφθη μή τι ἐταπείνωσεν αὐτὸν ἡ ἀπορία; μή τι ἐπέκλασεν; ἀλλὰ πῶς ἀπῄει πρὸς τὰς παρθένους αἰτήσων τὰ ἀναγκαῖα, ὧν αἴσχιστον εἶναι δοκεῖ δεῖσθαι παρ' ἄλλου;*

ὥστε λέων ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθώς.[2])

---

1) Dio Chrysost. in or. XLV p. 201 R II gloriatur, qui exilium tulerit *μὴ φίλων ἐρημίας ἡττηθείς, μὴ χρημάτων ἀπορίας, μὴ σώματος ἀσθενείας.*

2) Hoc loco Ulixis exemplum cum Hercule (cf. Sen. dial. II, 2, 2) coniunctum, qui, quamquam deus ei non *πολλὰ οὐκ ἄφθονα παρεῖχε*, tamen magis rex erat quam Eurystheus. Uterque in universum exemplum est exulis diss. III, 24, 13: alter enim

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω

alterum

Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα

scimus. Contra inter ea, quae ut exilium malum putaret, commoverint Dionem Ulixis exemplum affertur or. XIII p. 419 R: *ἀνδρὸς ἥρωος οὐδαμῶς τε ἀδυνάτου καρτερεῖν πολλά, ὅμως ἀνάξια λέγοντος καὶ θρηνοῦντος ἑκάστοτε παρὰ τῇ θαλάττῃ διὰ πόθον τῆς πατρίδος*; atque eandem ob rem vituperatur in Epict. diss. III, 24, 18 sqq.: *Ὀδυσσεὺς εἰ μὲν ἔκλαε καὶ ὠδύρετο οὐκ ἦν ἀγαθός.* Denique illud virtutem omni loco nasci (cf. s. p. 76) duobus locis qui ex eodem fonte fluxerunt ad Ulixem refertur (or. XXXII p. 696 R; or. XXXIII p. 10 R II), nam *ὁ τῆς Ἰθάκης πολίτης ἐπόρθησεν αὐτήν* (Troiam), *ὁ τῆς μικρᾶς καὶ ἀδόξου σφόδρα οὔσαν εὐρύχωρον.* — Ceterum idem versus Homericus (*ὥστε λέων.*.) redit *π. εὐθυμ.* p. 472, quem locum recte Hense (l. c. p. 549 adn.) aliis argumentis nixus ad Bionem referre videtur.

Diogenis exemplum, quod supra ita adhiberi vidimus, ut ei qui exilium ignominiae esse putant refutarentur, quodque hic de rebus externis dictum affertur, apud Musonium ad exercendam virtutem spectat p. 71, 19: *ἤδη δέ τισι καὶ παντάπασι τὸ φεύγειν συνήνεγκεν, ὥσπερ Διογένει, ὃς ἐκ μὲν ἰδιώτου φιλόσοφος ἐγένετο φυγών, ἀντὶ δὲ τοῦ καθῆσθαι εἰς Σινώπην διέτρεψεν ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἀσκήσει δὲ τῇ πρὸς ἀρετὴν τῶν φιλοσόφων διήνεγκεν.* — Stratonici hospitis comis adhortatio minus apte a Plutarcho huc illata esse videtur usque quaque patriam hominis esse demonstraturo, *ὅπου καὶ ὅτῳ μετρίων πρὸς τὸν βίον εὐπορεῖν συμβέβηκεν.*[1])

III. 1. Quae initio cap. 8 legitur sententia *ἂν γὰρ σκοπῇς ἄνευ κενῆς δόξης τὴν ἀλήθειαν, ὁ μίαν πόλιν ἔχων ξένος ἐστὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν καὶ ἀλλότριος· οὐ γὰρ δοκεῖ καλὸν οὐδὲ δίκαιον εἶναι καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ νέμειν ἑτέραν* cap. 3 p. 600 A similitudine cochlearum illustratur, quae nihil boni habent, nisi quod cum testis coaluerunt, eadem breviter attingitur infra, ubi ad hunc sententiarum nexum Plutarchus redit interpositis capitibus illis, quae id spectant ut in insulam religatum consolentur, c. 12 p. 604: *σοὶ δ' οὐχ ἑνὸς δεδομένου μόνου ἀλλ' ἀπειρημένου τόπου πασῶν ἐστιν ἐξουσία πόλεων ἢ μιᾶς κώλυσις.* Praeterea similia non nisi apud Musonium inveniuntur, qui tam magnum esse negat quod parte terrae atque hominum aliqua privemur: *τί τοῦτο δεινόν; οὐδὲ γὰρ οἴκοι ὄντες ἁπάσῃ τῇ γῇ ἐχρώμεθα οὐδὲ ἀνθρώποις ἅπασι συνῆμεν* (p. 70, 15).

2. Cum eis autem quae sequuntur *Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει· κἂν ἄδοξος ᾖ, κἂν νοσώδης, κἂν ταράττηται στάσεσιν ὑφ' ἑαυτῆς καὶ πράγμασι μὴ ὑγιαίνουσιν* coniuncta apud Teletem

1) Comoediae versus principio fortasse artius cum narratiuncula coniuncti erant. Ceterum depravatus est locus, cum sensus flagitet versibus illis illam *στενοχωρίαν* probari (falso igitur Kock fr. Com. I p. 79 ad id tempus haec referri vult, quo Seriphus, antequam Gorgonis capite a Perseo in rupem mutata esset, frugifera erat). Scripserunt *ὅσων* ⟨*οὐ*⟩ *δεῖ* Cobet, melius *πάντ'* ⟨*ἐπιπόνως*⟩ Reiske, *σπάνια* pro *πάντα* Duebner, quibus sensus rectus efficitur: verum Wachsmuth, qui neque in his mihi defuit, vidisse mihi videtur reponens ⟨*σπάνια*⟩ *πάντα*; idem recte illud *τὰ σῦκα ταῖς σφενδόναις τρυγᾶσθαι* ita explicare, ut tam duras et immaturas esse ficos dicatur, quas fundis deicere opus sit, cum decuti non possint.

illa sententia similitudine domus navisque exornata nobis occurrit, quam particulam supra Bioni adscripsimus. Quamquam igitur aliquid differt inter rationem utriusque loci — nam apud Teletem exponitur, neminem neque in eadem domo remanere etiam putri ac ruenti, neque in patria quavis condicione, apud Plutarchum, pro bono accipiendum esse, quod patria solvamur: nam si minus, etiam in mala remanendum esse — tamen utriusque tanquam materiam ad unum eundemque referendam esse fontem arbitror. Neque enim verba, velut *νοσώδης*, *μὴ ὑγιαίνουσι*, a Bionis sermone abhorrent; similia in similitudine domus dicta leguntur ap. Plut. *de curios.* c. 1 p. 515.

IV. Cum igitur hac ex ratiocinatione recte admoneatur: *ἑλοῦ πόλιν τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην, πατρίδα δ' αὐτὴν ὁ χρόνος ποιήσει*, addit Plutarchus verba haec: *καὶ πατρίδα μὴ περισπῶσαν, μὴ ἐνοχλοῦσαν, μὴ προστάττουσαν· εἰσένεγκε, πρέσβευσον εἰς Ῥώμην, ὑπόδεξαι τὸν ἡγεμόνα, λειτούργησον*, quibus transitum sibi parat ad parvulam consolationem in maiorem insertam, quae ad eos pertinet, quibus non ex uno oppido eiectis reliqua terra universa pateat, sed *οἷς εἰς νῆσον ἀπῳκισμένοις ἀνεπίμικτα τὰ ἄλλα ποιεῖ*

πόντος ἁλός, ὃ πολεῖς ἀέκοντας ἐρύκει,

ut Plutarchi ipsius verbis utar.

Quae ab hoc composita esse et inserta compluribus probatur causis. Nam ut hic orationem non bene fluere apparet, ita male cohaeret ubi eo unde digressus erat revertitur; accedit quod ea, quibus illic transitus fit, subsequuntur verba quae eandem sententiam, quam modo Romanae aetatis rebus aptatam legimus, ita reddunt, ut Graeco mori respondeat: .. *σοὶ δὲ πασῶν ἐστιν ἐξουσία ἡ μιᾶς κώλυσις. — Ἀλλὰ μὴν τῷ· Οὐκ ἄρχομεν* e. q. s. (c. 12 p. 604 B). Neque omnino talis est horum capitum ratio, ut e fonte aetatis prioris hausta esse possint; „nam immanitas illa, — ut Odofredi Muelleri verbis utar — qua exuli etiam peregrinae terrae in quas expellitur interdicuntur, Graecis incognita erat.“ Collegit igitur Plutarchus atque inter se coniunxit quae de commorationis in insula commodis dicta inveniebat: sic explicatur, quod eadem sententia saepius repetitur, velut nos a publicis officiis vacare (c. 8 p. 602 C; c. 9

p. 602 F; c. 11 p. 603 F), atque etiam eadem verba (ὁ φρένας ἔχων καὶ μὴ παντάπασι τετυφωμένος c. 8 p. 602 C — ἀνὴρ δὲ μὴ τετυφωμένος παντάπασι μηδ' ὀχλομανῶν c. 11 p. 603 E). Qua e re simul apparet, haec fere omnia eodem e fonte petita esse: hunc vero eundem esse atque quem reliquis his capitibus subesse vidimus, cum universam rationem spectantes (cf. supra p. 57), tum singula perlustrantes demonstrare possumus.

1. Eadem enim sententia quam hic Philippum eloquentem facit Plutarchus, parvitatem corporis nobis cogitandam esse, si plura necessariis cupimus, ut hic ad magnitudinem terrae, ita apud recentioris aetatis philosophos atque Horatium ad diversas res relata occurrit. De cupiditate in universum dictam habes eam in Senecae consolatione (c. 10, 6), ubi quae praemittuntur verba *libet dicere* proprium fontem indicare videntur: *non vultis cogitare quam parva vobis corpora sint? nonne furor et ultimus mentium error, cum tam exiguum capias, cupere multum? Licet itaque augeatis census, promoveatis fines: numquam tamen corpora vestra laxabitis,* quae de exilio separatim in fine eiusdem capitis repetuntur: *nullum ergo paupertas exulis incommodum habet; nullum enim tam inops exilium est, quod non alendo homini abunde fertile sit.* Eodem e fonte ep. 89, 19 fluxisse manifestum est, cum hoc quoque loco propria verba praemittantur, quibus inducantur ea quae sequuntur, cum item, id quod ad nostra pertinet, argumento sit corporis humani parvitas (*cum multa aedificaveritis, cum ingentia, tamen et singula corpora estis et parvula*), quamvis ita, ut luxuria impugnetur. Totus autem locus a Seneca satis libere retractatus est, ut et Romanas res respiciat — quae in altero loco omnino desunt — et vehementer in luxuriam invehatur, quippe quam increpet, ubicumque fieri potest. — Ceterum ex ea quae inter duos hos locos intercedit ratione apparet, quomodo Seneca sua alienis usus composuerit. Alia etiam Aristonem significare videntur ubi simili argumento *virum bonum non debere ebrium fieri* exponitur (ep. 83, 18): an non illius est, vetare syllogismis agi, iubere exempla adferri? Denique de helluatione similia dicuntur ep. 114, 27: *metiatur simul corpus, sciat quam nec multum capere nec diu possit,* inter quem locum atque

Plutarcheum illum tanquam medius intercedit Horatianus quidam, quo magnitudo terrae, quae alicui suppeditat, ad ventrem refertur (Sat. I, 1, 45):

Milia frumenti tua triverit area centum:
Non tuus hoc capiet venter plus ac meus . .
. . . . *Vel dic, quid referat intra*
Naturae fines viventi iugera centum an
Mille aret?

Quibus cum versibus quos Plutarchei libelli π. φιλοπλουτίας comparat locos Heinze (*de Hor. Bionis imit.* p. 20), ad Graeca nos reducunt. Ceterum in universum dictam eandem sententiam habes in Epict. man. c. 39 similitudine calcei illustratam: *μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πούς ὑποδήματος*[1]), ut apud Dion. Chrysost. (or. XVIII p. 472 R) sic vestis omnino adfertur (*καὶ ἐσθῆτα μὲν οὐδεὶς βούλεται μείζω τοῦ σώματος ἔχειν ὡς δύσχρηστον ὄν* e. q. s.). Videmus igitur apud eosdem hanc sententiam circumferri, apud quos alias illas, ut non ita longe ab altera utriusque origo distare possit.[2])

Neque eorum quae in sequentibus (cap. 9) exponuntur tanquam principium diversum esse e verbis quibusdam illius Senecae loci ep. 89, 20 elucet: *hoc quoque parum est . ., nisi **insulae, magnorum ducum domicilia,** inter vilissima rerum nominantur.* Accedit quod et argumentum illud de corporis parvitate desumptum in Senecae consolationis loco eodem modo adhibetur, quo apud Plutarchum, et quod affinitas quaedam inter utrumque locum Annaeanum intercedere videtur (*quousque finem possessionis propagabitis?* cf. cum his: *licet itaque augeatis census, promoveatis fines*). Atque e fonte aliquo illa hausisse Plutarchum, non suo debere ingenio alia quoque via demonstrari potest, dummodo recte ea constituamus atque intelligamus. Traditum enim est *τῆς Θουρίας ἐνταῦθα πλησίον*

---

1) Calceus quoque saepius in his scriptoribus occurrit: Plut. π. εὐθυμ. c. 4; Hor. ep. I, 7, 98; 10, 42; Clem. Alex. Paed. III, 39 p. 277 P; Dio Chrysost. or. XL p. 164 R II. — Eadem similitudine contrariam rationem probat Aristippus (Stob. flor. 94, 32 — III p. 197 Mein.).

2) Cf. etiam Iuven. sat. 10, 146:

Expende Hannibalem: quot libras in duce summo
Invenies? Hic est, quem non capit Africa . .

οὔσης, quod Holstenius (ad Steph. Byzant. p. 337) correxit τῆς γ' Ὑρίας scribens: quem secutus Benseler (*wörterb. d. gr. eigenn.*) recepit insulam Ὑρίαν prope Naxum sitam, ubi Orion habitasset, cum ἐνταῦθα ad vocem Νάξου referret. Attamen cum de insula illa praeterea nihil sciamus, Orion autem Hyriae vel Ouriae Boeotiae natus esse dicatur[1]), sequitur τῆς γ' Οὐρίας scribendum esse, ut oppidum illud Boeotiae significetur, voce ἐνταῦθα vero is quo Plutarchus hunc de exilio libellum conscripserit locus, Chaeronea. Atque ita solum illud εἰ δὲ μή rectum sensum praebet: nam si Sardus ille insulam prope Naxum sitam cognoverat, verisimile est, eum ad clariorem atque notiorem quoque adpulisse; ex nostra autem interpretatione ita res se habet, ut Plutarchus parvum aliquem locum afferre voluerit, quem amicus ipse vidisset: atqui cum non certe sciret, num Naxum ille cognovisset (οἶμαι σε τῆς Ν. γεγονέναι θεατήν), addidit portum illum Boeotiae, quem illum visisse pro certo habebat. Invenit igitur in fonte suo Plutarchus Naxi atque Ephialtis Otique exemplum, adiecit Uriam et Orionem, haud ita feliciter rem gerens, cum haec non insula sit, sed oppidulum (cf. infra praedii Xenophontis et Academiae exempla c. 10 p. 603 B sq.). De Alcmeonis exemplo fortasse dubites: potest de suo addidisse Plutarchus ut Tiberium, quamquam similis fabularum explanatio atque Stoici exercebant (cf. Zeller III, 1 p. 324 sqq.) ad mores eas referentes, quae tamen ad vitam spectare videatur, non tam insane rationem solam sequatur ut apud illos (cf. Zeller l. c. p. 334 sq.), ab Aristone non abhorret.[2])

Idem sensus atque illi Philippi dicto subest eis quibus initio cap. 10 admonemur, ne τὴν εὐδαιμονίαν σχοίνοις καὶ παρασάγγαις μετροῦντες in parva insula lamentemur: atque illud τί γὰρ ἡ πλατεῖα χώρα πρὸς τὸν ἄλυπον βίον; optime explicat quae in universum dicuntur cap. 17 verbis ἀνθρώπου δ' οὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος τὴν εὐδαιμονίαν. Atque ut hoc duobus viris inter se oppositis illustratur — quam eandem figuram

1) Cf. Preller, *gr. mythol.* I³ p. 370 sq. — de nominis forma ibid. adn. 4.

2) Simillimas dixerim eas explicationes, quae afferuntur reiectis physicis a Plutarcho *quom. adol. poet. aud. deb.* c. 4 p. 19 F (de Phaeacibus cf. Hor. ep. I, 2, 27 [I, 15, 24], Clem. Alex. Paed. II, 72, 212 P) et quae ab Horatio in *art. poet.* 391 sqq.

in *π. εὐθυμ.* c. 4 redire vidimus — ita hic duplici Tantali et Nausithoi exemplo idem demonstratur. Ceterum eundem verbi *μετρεῖν* usum habes in libello *π. τύχης* c. 1: *τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν*, atque ea qua Niobes Aeschyleae versus afferuntur figura eadem est quam habes in *π. εὐθυμ.* c. 3: *ἱκανῶς ὁ Μένανδρος ὑπομιμνήσκει λέγων·*

Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία e. q. s.

εἶτα προσδιελθών, ὡς καὶ τοὺς πλουσίους ἑώρα ταὐτὰ πάσχοντας τοῖς πένησιν·

Ἆρ' ἐστί — φησί — συγγενές τι e. q. s.,

et in Epict. diss. I, 24, 15, cui loco similis subest sensus atque illis de Phaethonte et Tantalo *π. φυγ.* c. 17 dictis: *ἐν τοῖς πλουσίοις καὶ βασιλεῦσι καὶ τυράννοις αἱ τραγῳδίαι τόπον ἔχουσιν· οὐδεὶς δὲ πένης τραγῳδίαν συμπληροῖ εἰ μὴ ὡς χορευτής.*[1]) *οἱ δὲ βασιλεῖς ἄρχονται μὲν ἀπ' ἀγαθῶν· „Στέψατε δώματα" εἶτα περὶ τρίτον ἢ τέταρτον μέρος· „Ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου"* (Soph. Oed. Tyr. 1391), ut eadem latet in eis, quae Seneca ep. 115, 14 sq. de Bellerophonte Euripideo narrat. Qui cum versus pecuniam super omnia efferentes pronuntiavisset, *totus populus ad eiciendum et actorem et carmen consurrexit uno impetu, donec Euripides in medium ipse prosilivit petens, ut expectarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret: dabat in illa fabula poenas Bellerophontes quas in sua quisque dat.* Ubi adnotandum fortasse est, et laudari Aristonem in hac epistula (§ 8), et reliqua illius rationem sequi videri (cf. Heinze l. c. p. 520). Fortasse etiam exempla *τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν*, qui insulam habitaverint, ad illum fontem recte referemus recordantes eorum, quae supra de *ἐνδόξοις* (p. 51) diximus et

---

1) Cf. diss. I, 4, 26: ut Socrates venenum accepit, sic nos omnino res accipere debemus, non est clamandum: *„τάλας ἐγώ, γέρων ἄνθρωπος ἐπὶ ταῦτά μου τὰς πολιὰς ἐτήρησα"; τίς λέγει ταῦτα; δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἄδοξον ἐρῶ καὶ ταπεινόν; Πρίαμος αὐτὰ οὐ λέγει; Οἰδίπους οὐ λέγει; ἀλλ' ὁπόσοι βασιλεῖς λέγουσι. τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ τραγῳδία ἢ ἀνθρώπων πάθη τεθαυμακότων τὰ ἐκτός, διὰ μέτρου τοιοῦδ' ἐπιδεικνύμενα*; utrumque autem coniunctum habes in loco or. XIII Dionis Chrysost. (p. 428 R) ubi exponitur, *ὅτι πένης ἐστὶν οὐδεὶς οὗ ἕνεκα τραγῳδίαν τις ἐδίδαξε. τοὐναντίον γὰρ περὶ τοὺς Ἀτρέας καὶ τοὺς Ἀγαμέμνονας καὶ τοὺς Οἰδίποδας ἴδοι τις ἂν πάσας τὰς τραγῳδίας οἳ πλεῖστα ἐκέκτηντο χρήματα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ γῆς καὶ βοσκημάτων.*

quae leguntur *π. εὐθυμ.* c. 6.[1]) Accedit quod eaedem tres virtutes commemorantur quibus Aristo *π. εὐθυμ.* c. 11 Pittacum exornat: *φιλοξενώτατον* enim iustitiae respondere cognoscas e Sen. ep. 94, 11, ubi illud: *sic amico utere, sic cive, sic socio* illum de iustitia locum tradere dicit.

2. Cum his, quae perlustravimus, exemplis praecipue rem agi viderimus, cap. 11 perpetuo sermone exponitur, in insula multo quietiorem vitam agere nos posse, quam alibi, cum non amoenis rebus carere debeamus. Quam sententiam paucis verbis expressam vidimus in narratiuncula illa de Cratetis et Demetrii Phalerei colloquio, ubi philosophus adhortatur, *ὡς οὐδὲν ἔχοι κακὸν οὐδ' ἄξιον φέρειν βαρέως πραγμάτων σφαλερῶν καὶ ἀβεβαίων ἀπηλλαγμένον*, vir autem ille amicis dicit: *φεῦ τῶν πράξεων ἐκείνων καὶ ἀσχολιῶν, δι' ἃς ἄνδρα τοιοῦτον οὐκ ἔγνωμεν.* Idem de pauperibus et divitibus dicit Teles p. 35, 2: *ἢ πάλιν οὐχ ὁρᾷς, διότι οἱ μὲν πλούσιοι πλείω πράττοντες κωλύονται τοῦ σχολάζειν, ὁ δὲ πένης οὐκ ἔχων τί πράττει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν γίνεται*, atque idem nostro loco narratiuncula illa de Zenone significatur. Principalem huius capitis sententiam etiam in Epict. diss. IV, 4, 26 invenimus, ut illius *π. πραγμάτων λόγου* rationi respondere videatur; ubi postquam § 25 admoniti sumus sic: *μὴ γίγνου δυσάρεστος μηδὲ κακοστόμαχος πρὸς τὰ γιγνόμενα*, si dicimus *σχολὴν οὐ θέλω, ἐρημία ἐστίν· ὄχλον οὐ θέλω, θόρυβός ἐστιν*, de singulis docemur, velut de *σχολῇ*: *ἀλλ' ἂν μὲν οὕτω φέρῃ τὰ*

---

1) Heinze ab Aristone haec abiudicare videtur (p. 499) cum dicat: „in *περὶ εὐθυμίας* wird ungeschickt genug mit den worten *διὸ καὶ τοῦτο πρὸς εὐθυμίαν μέγα* ein bekannter *τόπος* der consolationes angeknüpft: bei unglücksfällen solle man sich umsehen, ob dieselben nicht auch berühmten männern begegnet seien, ohne ihrer stellung oder ihrem ansehen zu schaden.“ Cui adsentior, non apte haec inter se coniuncta esse, quae e diversis locis sumpsit Plutarchus: sed cur non possunt fuisse hi duo Aristonis loci? In illis enim exemplis diversa inter se mixta sunt: nam aliud est, videre num clari viri aliqua re afflicti sint, aliud, cognoscere non claritudinem obscurasse hoc vel illud: hoc autem nostrorum proprium fuisse videtur, quamvis commune fuerit illud: cf. etiam *καὶ τίς ἂν ἐβούλου εἶναι μᾶλλον Βοιωτῶν ἢ Ἐπαμινώνδας*; et *π. φυγ.* c. 15 p. 605: *καὶ οὐδείς ἐστιν οὕτως ἀφιλότιμος οὐδ' ἀγεννής, ὃς μᾶλλον ἂν ἐβούλετο Λεωβάτης ὁ γραψάμενος ἢ Θεμιστοκλῆς ὁ φυγαδευθεὶς εἶναι.*

πράγματα, ὥστε μόνον ἢ μετ' ὀλίγων διεξαγαγεῖν, ἡσυχίαν αὐτὸ κάλει καὶ χρῶ τῷ πράγματι εἰς ὃ δεῖ. Ut Plutarchus miserias, quae domi subeundae nobis sint, describit, ne nimis patriam repetere cupiamus, sic apud Sen. *de rem. fort.* VIII, 3 habes haec: *In exilium eo. — Immo forsan in requiem: iam saltem ab invidia tutus eris.*[1]) Apud Musonium ea quae his Plutarchi respondent (*ἅτε μήθ' ὑπὸ πατρίδος τῆς δοκούσης περιελκομένοις εἰς ὑπηρεσίας πολιτικὰς μήτε ὑπὸ φίλων τῶν δοκούντων ἢ συγγενῶν ἐνοχλουμένοις* p. 71, 15) ad ipsam virtutem referuntur, ut apud Plutarchum vitam ac usum spectant: (p. 71, 12) *πῶς μὲν οὖν οὐκ ἂν ἡ φυγὴ συνεργοίη πρὸς τὸ τοιοῦτον παρέχουσά γε σχολὴν καὶ ἐξουσίαν τοῦ μανθάνειν τε τὰ καλὰ καὶ πράττειν μᾶλλον ἢ πρότερον.* Quae his opposita sunt — apud Plutarchum ita dicuntur: *δι' εὔνοιαν δὲ καὶ πόθον οἱ βέλτιστοι τῶν ἀναγκαίων καὶ οἰκείων πλέουσιν* — a Musonio commemorantur initio commentationis, ubi exponit, nos neque ab hominibus neque a natura separari posse: (p. 70, 17) *τοῖς μέντοι φίλοις καὶ νῦν συνείημεν ἄν, τοῖς γε ἀληθινοῖς καὶ ὧν προσήκει ποιεῖσθαί τινα λόγον· οὐ γὰρ ἂν οὗτοι προδοῖεν ποτὲ ἡμᾶς οὐδ' ἐγκαταλίποιεν.* Cynicorum hanc esse sententiam vel ex eo apparet, quod „Crates Thebanus suum protrepticum ad Philiscum sutorem eo consilio scripsisse fertur, ut multo facilius pauperes et humili loco natos, quam divites et nobilitate insignes vitae felicitatem consequi posse demonstraret“ (Weber l. c. p. 200). Exempla plerumque afferuntur Cynicorum, velut in Plutarchi commentatione — eam Bionem redolere meminimus — quae inscribitur *an vitios. ad infel. suff.* c. 3 fortunam sic alloquitur homo: *εἰς τρίβωνα καὶ πήραν καὶ προσαίτησιν ἐφημέρου τροφῆς κατάξεις; ταῦτα εὐδαιμονίας ἀρχαὶ Διογένει, ταῦτα ἐλευθερίας Κράτητι καὶ δόξης*, vel ut ipsum exilium nominetur *de cap. ex inim. util.* c. 2: *καὶ τῶν πραγμάτων ἄφιλα πολλὰ καὶ ἀπεχθῆ καὶ ἀντίπαλα τοῖς ἐντυγχάνουσιν .. ἔνιοι δὲ καὶ πατρίδος στέρησιν καὶ χρημάτων ἀποβολὴν ἐφόδιον*[2]) *σχολῆς ἐποιήσαντο καὶ φιλοσοφίας ὡς Διογένης καὶ Κράτης*; cuius

1) Similia de paupertate Sen. ep. 17, 3; Clem. Alex. Paed. II, 5 p. 166P.

2) *'Εφόδιον* saepius sic in hac scriptorum serie invenitur; similia verba sunt *ὤνιον* (*de tranq.* c. 2; *de cupid. divit.* c. 1; *quom. adol. poet. aud. deb.* c. 6), *ἐνοίκιον* (Gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* X] n. 75).

utriusque loci quaedam habent illa Max. Tyr. verba VII, 9: *καὶ γεγόνασιν αἱ παρὰ τῆς τύχης συμφοραὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια.* Denique huc pertinent verba illa, quae exemplis rerum scriptorum in exilio conficientium opera addit Plutarchus.

3. Ad animi tranquillitatem sanitatem corporis — illud *ὁμοίως ἔστιν ἐπὶ ξένης ὄντα ὑγιαίνειν καὶ ἰσχύειν*[1]) .. *ἢ ἐν τῇ ἰδίᾳ μένοντα* iam in Stilponeis legimus — addit ille qui dicit (Epict. diss. IV, 11, 23; cf. quae de Diogene narrat Dio Chrysost. or. VI p. 200 R): *Ἴδετε, ὦ ἄνθρωποι, ὅτι οὐδὲν ἔχω, ὅτι οὐδενὸς δέομαι· ἴδετε πῶς ἄοικος ὢν καὶ ἄπολις καὶ φυγὰς ἂν οὕτω τύχῃ καὶ ἀνέστιος πάντων τῶν εὐπατριδῶν καὶ πλουσίων ἀταραχώτερον διάγω καὶ εὐρρούστερον. ἀλλὰ καὶ τὸ σωμάτιον ὁρᾶτε ὅτι οὐ κακοῦται ὑπὸ τῆς αὐστηρᾶς διαίτης,* quae de tenui victu dicuntur in Musonianis (ap. Clem. Alex. Paed. II, 5 p. 166 P; cf. Wendland *quaest. Muson.* p. 27): *οἱ ταῖς εὐτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς οὐ μόνον ῥωμαλεώτεροι ἀλλὰ καὶ φρονιμώτεροι ὡς φιλόσοφοι πλουσίων,* ad vitam magis quam ad philosophiam referuntur in Hor. Sat. II, 2, 70 sqq.:

Accipe nunc victus tenuis quae quantaque secum
Adferat. In primis valeas bene. . . . .
. . . . Quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque praegravat una.
. . . .
Alter ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus praescripta ad munia surgit.

Quibus locis cum id moneamur, ut quascunque res quam optime accipiamus, aliis exponitur, paupertatem atque exilium eorum mores corrigere vel non volentium, quorum nimis inveteraverint vitia. Complures igitur dixisse feruntur (Gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* XI] n. 414) *τὴν πενίαν αὐτοδίδακτον φιλοσοφίαν εἶναι· „ἃ γὰρ ἐκείνη τοῖς λόγοις πείθει, αὕτη τοῖς ἔργοις ἀναγκάζει".* Similia leguntur apud Teletem p. 34, 10: *ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι διὰ μὲν ἔνδειαν καρτερεῖν βιάζονται, διὰ δὲ πλοῦτον τὰ ἐναντία,* et iam sub Democriti

---

1) Duae hae notiones inter se coniunctae etiam leguntur apud recentiores scriptores, velut in Clem. Alex. Paed. II, 2 p. 163 P; II, 5 p. 166 P (cf. Wendl. p. 27).

nomine feruntur (ap. Stob. flor. 40, 6. II p. 65, 3 Mein.) haec: *ξενιτείη βίον αὐτάρκειαν διδάσκει· μᾶζα γὰρ καὶ στιβὰς λιμοῦ καὶ κόπου γλυκύτατα ἰήματα.* Neque in Senecae scriptis talia desunt: dicuntur enim in universum de exiliis calamitatibusque dial. IX, 9, 3 atque de ipso exilio in consol. c. 10, 3, ubi tamen paupertas interponitur: *ista si quis despicit, quid illi paupertas nocet? si quis concupiscit, illi paupertas etiam prodest: invitus enim sanatur, et si remedia ne coactus quidem recepit, interim certe, dum non potest nolle, volenti similis est.*[1]) Apud Musonium de corporis sanitate ista ratio adhibetur p. 71, 23: *ἄλλοις δέ γε κακῶς τὸ σῶμα διακειμένοις ὑπὸ μαλακίας καὶ τρυφῆς ἔρρωσεν ἡ φυγὴ βιασθεῖσιν ἀνδρικώτερον διαιτᾶσθαι.* Ceterum omnis hic locus arte cum paupertatis tractatione coniunctus est, quoniam non per se haec omnia exilium efficiat, sed propterea quod id paupertas sequatur, velut Diogenes (Laert. Diog. VI, 21) *ἅτε φυγὰς ὢν ὥρμησεν ἐπὶ τὸν εὐτελῆ βίον.* Quare copiosius haec tractare non est nostrum: imitemur igitur Ciceronem, qui in illa de exilio particula (Tusc. disp. V, 37, 106) respondet opponenti: *At multantur bonis exules. — Quid tum? parumne multa de toleranda paupertate dicuntur?*

Priusquam ad sequens Plutarchi caput transeamus obiter commemorem, etiam singula quaedam ibi redire, quibus Aristo vel Bio subesse videatur, velut quod Fortuna laudatur *κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγράψασα τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν* p. 603 E eisdem fere verbis quae extant *π. φιλοπλ.* c. 4 p. 524: *τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται, καὶ τὸ τέρμα πάρεστι τῆς χρείας καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενον*, vel quod praecepta ad mores spectantia Heracliti physicis exemplis illustrantur (p. 604 A), id quod occurrit in commentario *π. τύχης* c. 3: *καὶ ὥσπερ ἡλίου μὴ ὄντος ἕνεκα τῶν ἄλλων ἄστρων εὐφρόνην ἂν ἤγομεν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, οὕτως ἕνεκα τῶν αἰσθήσεων εἰ μὴ νοῦν μηδὲ λόγον ὁ ἄνθρωπος ἔσχεν, οὐδὲν ἂν διέφερε τῷ βίῳ τῶν θηρίων.* Cf. etiam Clem. Alex. Paed. II, 99 p. 229 P.[2])

1) *non potest illa nolenti* A; alia Madvig et Gertz.

2) Heraclitum ipsum physicis ethica illustrasse ut existimen non eo adducor quod illud dictum *τὴν παιδείαν ἕτερον ἥλιον εἶναι τοῖς πεπαιδευμένοις* (Gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* X] n. 314 — flor. Monac. 200)

V. 1. In cap. 12 Plutarchus paucis verbis interpositis redit ad priorem illum fontem, quem cap. 8 reliquit (cf. s.): respondet enim ei, qui id exilio opprobrio det, quod magistratum non geramus, ita ut vel ideo in Aristoneis nos versari manifestum sit: opponuntur nimirum malis bona, ut praecipitur in cap. 3. Nam omnino hic de magistratu locus particula est universi de ratione inter homines atque res intercedente: videmus igitur sua quemque opprobrio illi opponere. Stilpo enim respondet illud *τί διαφέρει ἄρχειν ἢ ἰδιωτεύειν*; (cf. s.), Epictetus *δόγματα* sua infert (diss. IV, 6, 22: *οὐκ ἄρχω, ἄλλοι δ' ἄρχουσιν· ἀλλ' ὃ δεῖ ὑπειληφέναι, ὑφείληφα περὶ τοῦ ἄρχειν καὶ μὴ ἄρχειν* vel IV, 9, 1: *ὅταν ἄλλον ἴδῃς ἄρχοντα, ἄντιθες, ὅτι σὺ ἔχεις τὸ μὴ δεῖσθαι ἀρχῆς*), noster adhortatur ut e malis quae nascantur bona spectemus, illa neglegamus. Huc referendus praetèr illum commentarii *π. εὐθυμ.* locum, quem supra comparavimus, Epicteteus, qui tamen non bona otii, sed incommoda magistratus premit (diss. IV, 7, 13 *θέλεις ἀρχάς; φέρε καὶ πόνους*, ubi fortasse non casui tribuendum, quod statim sequitur *ἀλλ' ἐξορισμόν* e. q. s.). — Eandem rationem sequitur, sed ita ut contraria efficiantur (cf. supra p. 68) diss. IV, 4, 2: *ἁπλῶς γὰρ οἷον ἂν ᾖ τὸ ἐκτός, ἡ τιμὴ αὐτοῦ ὑποτάσσει ἄλλῳ. τί οὖν διαφέρει συγκλήτου ἐπιθυμεῖν ἢ τοῦ μὴ εἶναι συγκλητικόν; τί διαφέρει ἀρχῆς ἐπιθυμεῖν ἢ ἀναρχίας*; (cf. etiam § 19), ut apud Plutarchum *π. εὐθυμ.* c. 2 illud *μήτε πολλὰ πρήσσειν μήτε ἰδίῃ μήτε ξυνῇ* refutatur, quamquam eodem iure diss. III, 22, 27 *τὸ εὔρρουν καὶ τὸ εὐδαιμονικόν* quaerentibus „*ἐν ἀρχῇ; οὐκ ἔστιν*" respondetur. Stoicorum denique proprium est argumentum, quo consolentur eos qui magistratum amiserint, quod eam rationem sequitur, quam his exponit Seneca dial. VIII, 4, 1: *duas respublicas animo complectamur, alteram magnam et vere publicam, qua di atque homines continentur, in qua non ad hunc angulum respicimus aut ad illum, sed terminos nostrae civitatis cum sole metimur: alteram, cui nos adscripsit condicio nascendi*, unde efficitur: *huic maiori reipublicae et in otio deservire possu-*

---

sub nomine eius fertur, cum idem Platoni tribuatur (Stob. II, 31, 80 W), atque alia quoque eiusmodi falso ei ascribantur, velut illud Bionis de *οἰήσει* et *προκοπῇ* (Gnom. Vatic. [*Wien. stud.* X] n. 306 atque alibi; cf. Hense prolegg. p. LXXXII).

mus, immo vero nescio an in otio melius (cf. etiam ep. 68, 2). Suo igitur iure respondet Epictetus magistratum concupiscenti (diss. III, 22, 83): „*Σανίων, μείζονα πολιτείαν ζητεῖς, ἧς πολιτεύεται;*“, ubi in eis quae sequuntur utrumque *πολιτεύεσθαι* describitur, ut in Cratetis quae fertur ep. V exponitur, quid intersit inter *πολιτεύεσθαι* et *φιλοσοφεῖν*. Denique accuratius quam superiore loco ad exilium haec sententia refertur dial. IX, 4, 4: *officia civis amisit, hominis exerceat: ideo magno animo nos non unius urbis moenibus clusimus, sed in totius orbis commercium emisimus patriamque nobis mundum professi sumus, ut liceret latiorem virtuti campum dare*, id quod confirmatur eis quae sequuntur: *nunquam ita tibi magna pars obstruetur, ut non maior relinquatur.*

Qui a Plutarcho afferuntur Archilochi versus, quem ne imitemur admonemur, e fonte translatos esse una cum antecedentibus supra adnotavimus; reliqua tuo permittam iudicio, id tantum addens Cynicam indicare originem et quod rex Persarum affertur (cf. Weber p. 86, in additam. p. 260; nunc Sternb. i. Gnom. Vatic. ad n. 201 [*Wien. stud.* X]), et quod ludi enumerantur, quibus interesse possit *ἄν περ ᾖ φιλοθέωρος*, cum in memoriam revocent Diogenem ad Isthmia et Olympia migrantem (cf. Weber p. 136), et quod Diogenis apophthegma narratur, cum ratio eius sit vere Cynica (cf. etiam Laert. Diog. VI, 45), quamquam de Euripide similia narrantur — *ὀψωνοῦντος αὐτοῦ ἐπελάβετό τις λέγων ὅτι Σοφοκλῆς τοῦτο διὰ δοῦλον ποιεῖ, ⟨ἔφη⟩· τοιγαροῦν Σοφοκλῆς μὲν ἐσθίει ὄψον ὁποῖον τῷ οἰκέτῃ ἀρέσκῃ, ἐγὼ δὲ ὁποῖον ἂν ἐμοί* (Gnom. Vatic. ed. Sternb. [*Wien. stud.* X] n. 275).

2. Ex eis quae Plutarchus affert cap. 13 clarorum virorum exemplis, qui *μηδενὸς ἀναγκάζοντος αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο τοὺς βίους*[1]), unum saltem Homeri iam ita comparatum eum invenisse demonstrari potest eo quod idem occurrit in Dion. Chrysost. or. XLVII p. 222 R II, quae *δημηγορία ἐν τῇ πατρίδι* inscribitur. Ubi cum inde initium faciat, ut non mirum esse exponat, quod viri sapientes e patria

---

1) Cf. Sen. dial. I, 6, 2: *in exilium mittuntur* (viri boni scil.). *quidni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquant?*

emigraverint, inter eos Homerus commemoratur *οὐ μόνον ποιητὴς ἀγαθὸς ὤν, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ φιλόσοφος*, qui Dioni videtur *τὸν ἅπαντα ἀποδημεῖν χρόνον, ὥστε μηδένα γνῶναι τὴν πατρίδα αὐτοῦ καὶ μᾶλλον ὡς ἔοικεν αἱρεῖσθαι πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς προσαιτῶν λαμβάνειν καὶ ταῦτα ὡς μαινόμενος, ἢ οἴκοι διάγειν. τοιγαροῦν ἅπαντες ὕστερον ἠμφισβήτησαν ὑπὲρ αὐτοῦ.* Quae simul eum sensum praebent, quem apud Plutarchum expectamus, ubi tamen eo quod argumentum inseritur, ex quo illum permigrasse urbes concludi possit (*ὅτι μὴ μιᾶς ἐστιν ἐγκωμιαστής*) detortus est ita ut id ipsum quod demonstrare voluerit Plutarchus omittatur, commemoretur id, quod revera ex illo argumento concluserunt, nimirum non constare, quae sit eius patria. Ut in Homero, ita in Herodoto et Aeschylo talia argumenta adduntur, cum huius Atheniensis quod sepulcro Gelae exstructo inscriptum fuerit epigramma adferatur, illius historiae duplex inscriptio; e contrario Euripides quam patriae amans fuerit versibus ipsius Athenas praedicantibus demonstratur, ut vel talem virum e patria emigrasse appareat. — Cum igitur quattuor haec exempla eidem deberi ingenio videamus, parum apte insertum esse apparet Simonidem satis aridis verbis (*καὶ Σιμωνίδης πρότερον* scil. *εἰς Σικελίαν ἀπῆρε*). Simile Plutarchi additamentum habes in cap. 14. Ubi cum in fine veterum exempla enumerentur, quibus *αἱ Μοῦσαι τὰ κάλλιστα τῶν συνταγμάτων καὶ δοκιμώτατα φυγὴν λαβοῦσαι συνεργὸν ἐπετέλεσαν*, historicis Thucydidi Xenophonti Philisto Timaeo Androtioni *Βακχυλίδης ὁ ποιητής* additur, cui nullus hic est locus, quoniam poeta non conscribit *συντάγματα*, Musae igitur ei exuli talia imperare non potuerint.[1])

Iam igitur ad finem perduximus quaestionem, qua id effectum est, ut per maximam libelli partem Plutarchum Bione et Aristone usum esse manifestum sit. Quod enim dicat aliquis Bionea per Aristonem accepisse Plutarchum, non recte mihi iudicasse videatur, cum Aristonem, quippe cui sua et propria fuerit ingenii indoles, minus arte vestigia Borysthenitae pressisse

1) Recte igitur verba ipsa se habent, neque cum Reiskio *ὁ Κεῖος* neque cum Cobeto *ὁ Ἰουλιήτης* scribendum pro *ὁ ποιητής*; rectius cum Reiskio scribas supra *Φίλιστος* ⟨*ὁ Συρακόσιος*⟩.

arbitrer, quam ut etiam apud Plutarchum color Bioneus tam sincerus servari potuerit, velut in irrisione Polynicis. Hanc igitur saltem partem ex ipsius Bionis diatribis hausisse Plutarchum mihi persuasum est.

VI. 1. Restat ut breviter perlustremus quae de suis addidisse vel de aliis fontibus videatur Chaeronensis, velut in cap. 5 illum Platonis Timaei locum (p. 90 A), quem tamen paulo ita mutavit, sicuti ad suam rem opus erat. Cum enim apud Platonem illud *ἔγγειον* notioni *οὐράνιον* oppositum sit, Plutarchus verbis *οὐδ' ἀκίνητον* appositis eum intulit sensum ut „terrae inhaerens“ significaret. Quamquam non Plutarchus primus hanc imaginem ad exilium retulisse videtur: leguntur enim similia cum apud Plutarchum ipsum arte cum Aristoneis coniuncta tum in Epicteteis, ubi de commutatione loci agitur. Hi sunt loci: Plut. c. 7 *πατρὶς δὲ γίγνεται πᾶσα πόλις εὐθὺς ἀνθρώπῳ χρῆσθαι μεμαθηκότι καὶ ῥίζας ἔχοντι πανταχοῦ ζῆν τε καὶ τρέφεσθαι καὶ παντὶ τόπῳ προσφύεσθαι δυναμένας*; c. 17 *καίτοι φυτῷ μὲν ἔστι τις χώρα μᾶλλον ἑτέρας ἑτέρα πρόσφορος, ἐν ᾗ τρέφεται καὶ βλαστάνει βέλτιον· ἀνθρώπου δ' οὐδεὶς τόπος* e. q. s. et similia Epict. diss. III, 24, 8 *ἢ πάντες ἔστωσαν ἀθάνατοι καὶ μηδεὶς ἀποδημείτω· μηδ' ἡμεῖς που ἀποδημῶμεν, ἀλλὰ μένωμεν ὡς τὰ φυτὰ προσερριζωμένοι*; § 12 *ὁ δ' ἄνθρωπος.. ἔτι κἀκεῖνο ἔσχηκε, τὸ μὴ ἐρριζῶσθαι μηδὲ προσπεφυκέναι τῇ γῇ*; § 36 *εἶτά μοι θέλεις ὡς φυτὸν προσηρτῆσθαι τοῖς αὐτοῖς τόποις καὶ προσερριζῶσθαι.*

Item extrema illius capitis verba inde a *θεὸς ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ παντός* e Platonis de legg. lib. IV (p. 715 E) deprompta a Plutarcho alio e fonte haustis apposita sunt, quae Duemmlero *Akad.* p. 277 una cum antecedentibus e Stoici cuiusdam libro sumpta esse videntur, cum dicat: „Dies ist aber nur ein beweis, wie gern spätere Stoiker, namentlich seit Panaitios, für ihre lehre bestätigungen aus Platon suchten“: nam solet Plutarchus sic pauca Platonis verba inter ea quae aliunde petiit inserere, cum praeter ceteros Platonem magni aestimaverit atque philosophiam eius amplexus sit (cf. Volkmann, *Plutarch.* II p. 52).

2. Idem de eis quae antecedunt sic iudicat: „die grundlage jener ausführungen ist sicherlich kynisch und jedenfalls

auch das Euripidescitat, welches uns ja vorwiegend in stoisch gefärbten quellen erhalten ist und dessen materialismus mit Platons lehre unvereinbar ist“, id quod copiosius eiusdem libri cap. VI (p. 96 sqq.) demonstrasse sibi visus est, ubi Xen. memorab. c. IV, 3 comparat. Quae cum accuratius examinare et longum sit neque ad rem nostram spectet, nunc omittamus: nam non id curamus, quo tempore omnino primum illa de mundi ordine certis legibus descripto sententia nata sit — similia enim iam in Aeschyli versibus illis apparent (Agam. 4 sqq.):

ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν
καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
λαμπροὺς δυνάστας ἐμπρέποντας αἰθέρι —

sed quando a quonam sententia illa ita conformata sit, ut mundus reipublicae compararetur: id quod tum demum fieri potuit, cum haec ipsa mundi et reipublicae comparatio usitata erat, i. e. inter Stoicos: apud Senecam igitur atque Epictetum similia huius loci Plutarchei invenimus. Apud Epictetum his quoque illud περὶ κυνισμοῦ inscriptum est: sed cum veteris et recentioris Cynismi, genuini et adulterini Bionis frustula in his inter se misceri viderimus, haud ita ad verbum fidem illi notae habendum esse apparet. Ubi in initio statim (§ 3 postquam expositum est, domus non unumquemque dispensatorem esse posse, sed dominum eum designare) haec leguntur § 4: *οὕτω γίνεται καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ταύτῃ. ἔστι γάρ τις καὶ ἐνθάδ' οἰκοδεσπότης ἕκαστα διατάσσων· σὺ ἥλιος εἶ. δύνασαι περιερχόμενος ἐνιαυτὸν ποιεῖν καὶ ὥρας καὶ τοὺς καρποὺς αὔξειν καὶ τρέφειν καὶ ἀνέμους κινεῖν καὶ ἀνιέναι καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων θερμαίνειν συμμέτρως· ὕπαγε, περιέρχου καὶ οὕτω διακόνει ἀπὸ τῶν μεγίστων τὰ μικρότατα* — iam sequuntur praecepta quae μοσχαρίῳ dantur. Apud Senecam inter alia praecepta — *qui haec facere proponet volet temptabit, ad deos iter faciet*, additur — haec afferuntur dial. VII, 20, 5: *patriam meam esse mundum sciam et praesides deos*[1]): *hos supra me circaque me stare factorum dictorumque censores.* Co-

1) Dio Chrysost. or. XII p. 381: deus est κοινὸς ἀνθρώπων καὶ θεῶν βασιλεύς τε καὶ ἄρχων καὶ πρύτανις καὶ πατήρ; Epict. diss. III, 22, 56: Κυνικῷ δὲ Καῖσαρ τίς ἐστιν ἢ ἀνθύπατος ἢ ἄλλος ἢ ὁ καταπεπομφὼς αὐτὸν καὶ ᾧ λατρεύει ὁ Ζεύς;

piose denique exponuntur haec atque similitudine Syracusarum urbis illustrantur (cap. 17), in quam peregrinus venit, dial. VI, 18: *puta nascenti me tibi venire in consilium: „intraturus es urbem dis hominibusque communem, omnia complexam, certis legibus aeternisque devinctam, indefatigata caelestium officia volventem“*. Tum sequuntur — ut apud Plutarchum — singula sidera: sol, qui per omnia lucet, diem noctemque dividit atque tempora anni, luna, quae certis spatiis crescit et minuitur, planetae, qui populorum fortunas regunt.[1])

Qui loci ut enumerari solum possunt neque qualis inter eos intercedat nexus investigari potest, ita tantum adnotem, eundem sententiarum nexum, qui apud Plutarchum verbis ὅτι μηδὲ Σουνίῳ e. q. s. efficitur, occurrere in Max. Tyr. diss. XVII, 12, ubi inducitur verbis βούλομαι δέ σοι δεῖξαι τὸ λεγόμενον σαφεστέρᾳ εἰκόνι: commemoratur ἀρχὴ καὶ βασιλεία, cuius fines non flumine quodam, sed caelo atque terra circumscripti sint (cf. Sen. nat. quaest. I. prol. 8; s. p. 45), illo ὑψοῦ, hac ἔνερθεν, ut in mentem nobis veniant illi versus Euripidei

ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις (fr. 941).

Domus denique eadem in re vocatur mundus his Varronis saturae *Dolium aut Seria* versibus:

Mundus domus est maxuma homulli,
Quam quinque altitonae flammigerae
Zonae cingunt, per quam limbus
Bis sex signis stellumicantibus
Aptus in obliquo aethere Lunae
bigas acceptat.

3. Iam unus libelli Plutarchei restat locus, ubi sententiam huic, quam modo perlustravimus, plane oppositam invenimus, quae tamen eandem sequitur rationem, nempe patriam hominis caelum esse: nam ut propterea, ubicunque est mundi, in patria

1) Quod in sequentibus enumerat terrestria spectacula, non sequitur id quod sibi proposuit, scilicet ut urbem illam mundi *certis legibus devinctam* esse demonstraret, et quod initio eum sequi ex eis apparet, quae de planetis disserit: *ex horum levissimis motibus fortunae populorum dependent et maxima ac minima proinde formantur prout aequum iniquumque sidus processit.*

est, ita, ubicunque est terrae, in exilio est. Quae a Plutarcho primis Empedoclei carminis probantur versibus, quibus ille *οὐχ ἑαυτὸν* <*μόνον*>[1]), *ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ πάντας ἀποδείκνυσι μετανάστας ἐνταῦθα καὶ ξένους καὶ φυγάδας ἡμᾶς ὄντας*. Cum exilio coniunctam alibi hanc sententiam non invenimus, quamvis a recentioris aetatis Stoicis recepta atque exculta sit, nisi fortasse compares Sen. ep. 24, 17: *adligabor. — quid enim? nunc solutus sum? ad hoc me natura grave corporis mei pondus astrinxit.* Plutarchus haec mihi ex ipso Empedoclis carmine hausisse videtur, quod legisse eum crediderim, cum et saepissime in variis scriptis laudetur, et una cum aliis carminibus ita enumeretur, ut ea Plutarchum ipsum legisse verisimile sit (*quom. adol. poet. aud. deb.* c. 2: *τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου καὶ θηριακὰ Νικάνδρου καὶ γνωμολογίαι Θεόγνιδος λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς ὥσπερ ὄχημα τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν*). Neque quin ea quae sequitur explicatio ei debeatur equidem dubitem, quamquam fortasse exemplum nescio quid secutus est, id quod locis velut illo Alexidis probari potest (fr. 219 Kock v. 3 sqq.):

ἆρ' οὐκ οἶσθ' ὅτι
τὸ καλούμενον ζῆν τοῦτο διατριβῆς χάριν
ὄνομ' ἐστὶν ὑποκόρισμα τῆς ἀνθρωπίνης
μοίρας;

comparatis cum his Plutarchi verbis: *τῆς δὲ ψυχῆς ἄλλοθεν ἡκούσης δεῦρο τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ὑποκορίζεται τῷ πρᾳοτάτῳ τῶν ὀνομάτων· τὸ δ' ἀληθέστατον φεύγει καὶ πλανᾶται θείοις ἐλαυνομένη δόγμασι καὶ νόμοις.* Iam sequuntur Platonis verba et rursus Empedoclis versus, quibus addita sunt quaedam e cap. 6 sententiis iterata.

Quam sententiam cum eis quae ex Aristone Chio deprompta sunt minime consentire, cum propter universam Stoici illius indolem verisimile est, tum loco quodam libelli *π. εὐθυμ.* confirmatur, ubi in cap. 19 expressis verbis refellitur: bene facta in prudentis viri animo memoriam relinquunt[2]), *ὑφ' ἧς*

1) Ut sic scribatur postulat quod sequitur *πάντας*.

2) Cf. eos quos Hense (l. c. p. 547 adn.) inter se comparat locos (Sen. ep. 99, 5; Plut. *π. φυγ.* c. 4 p. 600 D; *π. εὐθυμ.* c. 14 p. 473 C).

τὸ χαῖρον ἄρδεται καὶ τέθηλε καὶ καταφρονεῖ τῶν ὀδυρομένων καὶ λοιδορούντων τὸν βίον, ὥς τινα κακῶν χώραν ἢ φυγαδικὸν τόπον ἐνταῦθα ταῖς ψυχαῖς ἀποδεδειγμένον. Illud enim *ὡς ἔλεγε Καρνεάδης* tantum ad similitudinem *λιβανωτρίδων* referendum esse recte iam Zeller (III, 1 p. 521 adn. 2) intellexit: unde autem sententiam ipsam sumpserit, et ex eis quae antecedunt et ex ipso illo *ἐν δὲ τῇ ψυχῇ τοῦ νοῦν ἔχοντος* satis apparet. Neque enim apud Cynicos talia invenias, quippe quae abhorreant ab omni huius disciplinae ratione: nam ei qui id agebant, ut ea quae vulgo mala vitae haberentur non solum non mala, sed etiam bona esse demonstrarent, quid tandem quaeso habebant, cur vitam humanam exulis aut carcere inclusi vitae compararent? Duemmler enim *Akad.* p. 90 sqq. ad Cynicum fontem atque ad ipsum Antisthenem redire putat *λόγον* illum *δυσχερέστατον, οὔτι που τερπνὸν ὄντα οὐδὲ χαρίεντα* quem Dio Chrysostomus Charidemo morienti tribuit (p. 550 R sqq.), cui subest sententia illa: *ἐπὶ τιμωρίᾳ γεγόναμεν ἐν φρουρᾷ δὴ ὄντες ἐν τῷ βίῳ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἕκαστοι ζῶμεν· τοὺς δὲ ἀποθνήσκοντας ἡμῶν κεκολασμένους ἤδη ἱκανῶς λύεσθαί τε καὶ ἀπαλλάττεσθαι.*

Quae ut probaret singula tantum attulit, universam loci indolem non respexit, quippe quam non recte intelligeret, cum haec ipsa, quibus ea efficitur, parvi momenti esse putaret: „Einige stellen, welche mit den sonstigen kynischen äusserungen nicht im einklang zu stehen scheinen, erklären sich aus dem paramythetischen zwecke(!). So die behauptung, dass die nahrung, welche die erde biete, schlecht sei, wie überhaupt die düsteren farben, mit welchen das erdenleben gemalt ist.“ Itane vero? An putas revera — ut unum tantum adnotem — *ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου* esse queri, quod *δεσμωτήριον ὑπὸ τῶν θεῶν κατεσκευασμένον χαλεπὸν καὶ δυσάερον* sit mundus, atque vivere ut Diogenes ille vere Cynicus, qui ceteris hominibus *πολὺ μᾶλλον ταῖς ὥραις ἔχαιρε, καὶ τοῦτο μὲν εὐφραίνετο θέρους προσιόντος, ὁπότε ἤδη διαχέοι τὸν ἀέρα, τοῦτο δὲ οὐκ ἤχθετο παυομένου, ἅτε ἀπαλλαττόμενος τοῦ σφόδρα καύματος* (cf. E. Weber l. c. p. 104)? Atque id ipsum debebat retinere virum doctum, quod sequentem *λόγον* huic per omnes partes oppositum ad eiusdem disciplinae

fontes redire posuit (p. 94 adn. 1): quamquam enim aliquid interest inter veterem atque recentiorem Cynismum, plane inter se oppugnantia utrique non docuerunt.

Caput IV.

De reliquis consolationibus.

I. Musonii quae servata sunt — ut breviter comprehendam quae de his cognovimus — in universum ad recentioris Cynismi fontem redeunt, quem per maiorem partem Bionem esse probavimus, sed ita retractata, ut et singula Stoico vel proprio Musonii colore tincta sint et vere Stoica quaedam interposita.

II. Cuius commentarii ut singulae sententiae suo quaeque loco inseri potuerunt, ita Senecae consolationis pauci tantum loci afferri potuerunt, ut liceat cognoscere, plurimum abesse illum a communi illa materia. Atque cum omnino ad nostra non pertinent quibus posteriore totius libelli parte matrem consolatur (inde a. c. 14)[1], aut quae e more suo contra luxuriam copiosius atque vehementius disputat per tria capita (c. 10—12), tum ea quae ex aliquo fonte sumpsit ita suo ingenio debitis diluit, ut plane nihil de origine sententiarum eius statui possit. Quae cum ita sint, paene risum nobis moveat, quod dicit c. 1, 2 se *omnia clarissimorum ingeniorum monimenta ad compescendos moderandosque luctus composita* evolvisse; vel id quaeras, unde tandem in insula illa parva et inculta *omnia* illa *monimenta* sibi paraverit. Quomodo revera composuerit hanc consolationem ex eis capitibus optime cognoscas, ubi ipse auctores laudat: principales enim sententias quas e Varronis et Bruti libris depromit, compluribus verbis haud ita gravibus atque ingeniosis explicat (capp. 8. 9); ea quae e Varronis nescio quo libello sumpsit — logistoricum eum fuisse tuo iure conicias — praeterea eum paululum ad Stoicorum normam mutasse supra adnotavimus.

---

1) Cf. Epict. diss. III, 24, 22: *ἀλλ' ἡ μήτηρ μου στένει μὴ ὁρῶσά με. — Διὰ τί γὰρ οὐκ ἔμαθε τούτους τοὺς λόγους; καὶ οὐ τοῦτό φημι ὅτι οὐκ ἐπιμελητέον τοῦ μὴ οἰμώζειν αὐτήν, ἀλλ' ὅτι οὐ δεῖ θέλειν τὰ ἀλλότρια ἐξ ἅπαντος.* Nescio an respiciat Senecam in his Epictetus.

Perlustremus igitur breviter hunc dialogum! Postquam de suis et matris rebus praefatus est, (capp. 1—3) atque quomodo dispositurus sit materiam indicavit (cap. 4), primam sententiam φιλοσόφως ponit initio cap. 5, quae nescio an Aristonem resipiat (cf. *de virt. et vit.* c. 1 τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς γῆθος), ut prima verba cap. 6, 1 (*Remoto ergo iudicio plurium, quos prima rerum species utcumque credita est aufert, videamus quid sit exilium*) comparare possis cum Plutarcheo (c. 8 p. 602 B) ἂν γὰρ σκοπῇς ἄνευ κενῆς δόξης τὴν ἀλήθειαν. Quae § 3 disserit, postquam § 2 sapientem se non esse affirmavit, Cyrenaicam doctrinam resipere videntur (quam tamen non per ipsum Cyrenaicum nescio quem accepisse eum necesse est statuamus): conferas quaeso Tusc. disp. III, 13, 28: *Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent, sed insperato et necopinato malo.* Quae quamquam in sequentibus ut solet ad se ipsum referens multis verbis explicat, tamen etiam in universum dicta interponit, quorum similia duobus locis Horatianis extant: nam et quae dicuntur ep. I, 10, 30:

Quem res plus nimio delectavere secundae,
Mutatae quatient: siquid mirabere, pones
Invitus

comparari possunt cum eis quae Seneca § 5 exponit, et illud

Improvisa simul species exterret utrumque (ep. I, 6, 11)

de timente et cupiente dictum contrariam rationem notat ei, quam Seneca se secutum esse dicit § 6. Cap. 6 de commutatione loci agitur ita, ut primum exempla afferantur hominum non in patria viventium, deinde *inesse naturalem quandam inritationem animis commutandi sedes et transferendi domicilia* demonstretur, cum caelestis sit animi origo, caelestia autem omnia moveantur atque agantur (cf. Zeller III, 1 p. 201). Stoicorum hoc argumentum est et Stoicos Seneca laudat, cum dicit *invenio qui dicant.* Quamquam eadem sententia alibi non occurrit, tamen similia leguntur in diss. Epict. III, 24, 10, cum hic quoque mundi legem esse exponatur, ut omnia moveantur, quamvis non eadem caelestium et animi humani origo prematur: ἀνάγκη περίοδόν τινα εἶναι καὶ παραχώρησιν ἄλλων ἄλλοις, καὶ τὰ μὲν διαλύεσθαι, τὰ δ' ἐπιγίγνεσθαι, τὰ μὲν μένειν ἐν τῷ αὐτῷ, τὰ δὲ κινεῖσθαι. Cuius loci rursus similis est alius Annaeanus: ep. 71, 12 enim cladem Catonis non maius malum

quam repulsam praeturae fuisse exponitur: *quidni ille mutationem rei publicae forti et aequo pateretur animo? quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non caelum, non totus hic rerum omnium contextus, quamvis deo agente ducatur.*

Post caelestia cap. 7 humanorum exemplorum farrago affertur, cap. 8 Varronis argumentum de natura rerum sumptum tractatur; a quo initio cap. 9 ad virtutem ita transit, ut illam sententiam quam extremo cap. 8 disseruit, — exuli solacio esse, quod ubicumque versetur sub eodem sit caelo — ad eum referat, qui in parvam insulam redactus sit: *angustus animus est, quem terrena delectant: ad illa abducendus est, quae ubique aeque adparent, ubique aeque splendent. et hoc cogitandum est, istic veris bonis fere falsa et prave credita obstare*[1]*: quo longiores porticus expedierint . . hoc plus erit quod illis caelum abscondat.* Quem sententiarum ordinem ad Graecum redire fontem e loco Epicteteo efficitur, ubi idem extat forma magis etiam genuina, ut ipsum Athenarum exemplum probat. Inducitur enim qui queratur (diss. II, 16, 32): *πότε οὖν Ἀθήνας πάλιν ὄψομαι καὶ τὴν ἀκρόπολιν; — Τάλας, οὐκ ἀρκεῖ σοι ἃ βλέπεις καθ' ἡμέραν; κρεῖττόν τι ἔχεις ἢ μεῖζον ἰδεῖν τοῦ ἡλίου τῆς σελήνης τῶν ἄστρων τῆς γῆς ὅλης τῆς θαλάσσης; εἰ δὲ δὴ παρακολουθεῖς τῷ διοικοῦντι τὰ ὅλα κἀκεῖνον ἐν σαυτῷ περιφέρεις, ἔτι ποθεῖς λιθάρια καὶ πέτραν κομψήν;* Hic quoque caeli spectaculum terrenis opponitur, virtus — quae apud Epictetum oboedientia dei est — externis illis bonis, id quod eodem modo legitur in Senecae cap. 11, 6: *lapides aurum argentum et magni laevatique mensarum orbes terrena sunt pondera, quae non potest amare sincerus animus ac naturae suae memor.*[2])

---

1) *ista veris bonis per* A; sed neque *ista* cum *falsa et prave credita* coniunctum habet quo referatur, cum de bonis antea non dictum sit, neque *per* omnino sensum praebet. Sententiarum autem nexus postulat, ut locus indicetur, ubi illa prave credita bona veris obstent, oppositus ei regioni *in qua lautissimum receptaculum casa est:* significat igitur *istic* urbem, ut supra (§ 1) *haec terra* insulam exulis. Cf. Epict. diss. IV, 4, 37 *θόρυβος ἐν Ῥώμῃ καὶ ἀσπασμοί*; III, 24, 109 in Gyaris *μὴ ἀνάπλασσε τὴν ἐν Ῥώμῃ διατριβὴν καὶ ὅσαι διαχύσεις ἦσαν ἐκεῖ διάγοντι.*

2) Similis locus suppeditavit Horatio, quem ad suam rem novavit nescio an Epicureum agens ep. I, 6, 3 sqq.:

In reliqua cap. 9 parte postquam secundum Brutum virtutem remedium exilii esse exposuit, ad paupertatem transit in cap. 10, quam neglecto plane exilio ita tractat ut in luxuriam invehatur; itaque ad nostram rem nihil faciunt praeter singula quaedam, quae supra suo loco commemoravimus, ut ea quae e cap. 13, ubi de ignominia et de contemptu agitur, quae commemorentur digna visa sunt.

III. Postremo pauca de illo disputationum Tusculanarum capite addam, quo de exilio agitur, praesertim cum ibi ni fallor vestigia sint Epicureae tractationis huius de exilio loci. Quamquam enim omnino satis exiliter disserit Cicero, id tamen cognosci posse arbitror, principia eodem ex fonte petita esse, unde reliquae de exilio commentationes: eis quae supra passim adnotavimus addas fortasse, eodem modo philosophorum exempla afferri, qui in peregrinatione aetatem consumpserint, ut apud Plutarchum (c. 14). Epicurea igitur inserit Cicero, cum dicit (§ 108): *Postremo ad omnis casus facillima ratio est eorum, qui ad voluptatem referunt, quae sequuntur in vita... Itaque ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest*

Patria est ubicunque est bene,

et cum exemplo T. Albuci, qui *animo aequissimo Athenis exul philosophabatur*, addit: *cui tamen illud ipsum non accidisset, si in republica quiescens Epicuri legibus paruisset*, et cum praeter Academicorum exempla Epicurei afferuntur: *qui enim beatior Epicurus quod in patria vivebat, quam quod Athenis Metrodorus.* Praeterea vestigia Epicurei de exilio commentarii indagare non potui; neque enim omnino fortasse accuratius tractavit hunc locum *ea philosophia, quae civem extra patriam posuit, extra mundum deos, quae virtutem donavit voluptati* (Sen. ep. 90, 35).

Nunc solem et stellas et decedentia certis
Tempora momentis sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent: quid censes munera terrae,
. . . .
Quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?

Caput V.

Aristonea.

In instituenda illa de exilio quaestione, ut fieri solet, incidi in quaedam, quae quamquam non tam arte cum proposito cohaerere videbantur, ut ad efficiendum illud aut illud opus eis esset, tamen ad fulciendam unam alteramve rem apta sint. Praeterea tam latum patere campum puto eis qui in Aristonis philosophiam inquirere velint, ut quae pro sua quisque facultate adferat non repudianda esse arbitrer: neque enim falsa plane inutilia fore credo, quippe quae aliis alia via progrediendum esse doceant.

1. Primus ad Aristonem posterioris aetatis libellum retulit Duemmler (*Akad.* p. 211 sqq.), nimirum illam Plutarchi quae fertur π. τύχης commentationem, ita ut sententiam praecipue probaret comparata ea quam hic legimus virtutum definitione cum ea quam Aristonis refert Plut. *de virt. mor.* c. 2. Neque eum fugit, ipsa quidem verba optime sibi respondere, differre tamen in eo, quod hic φρόνησις complectatur reliquas virtutes, illic inter reliquas enumeretur communi virtutis nomine coniunctas, contra eundem habere locum φρόνησιν in eis virtutum definitionibus quae e Zenonis aetate priore servatae sint. Sed ut facilius rem perspicias, in conspectu tibi ponam virtutum definitiones quales traditae sunt:

σωφροσύνη	φρόνησις	δικαιοσύνη	ἀνδρεία
	Zeno.		
Plut. *de Stoic. rep.* VII —	—	φρόνησις ἐν ἀπονεμητέοις	φρόνησις ἐν ἐνεργητέοις
de virt. mor. φρόνησις ἐν [δι]αἱρετέοις	—	item	φρόνησις ἐν ὑπομενετέοις
	Aristo.		
Galen. l. c. ἐπιστήμη ὅταν αἱρεῖσθαι τε δέοι τἀγαθὰ καὶ φεύγειν τὰ κακὰ	ἐπ. ὅταν πράττειν μὲν τἀγαθά, μὴ πράττειν δὲ τὰ κακὰ (δέῃ)	ἐπ. ὅταν τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ νέμῃ	ἐπ. ὅταν τὰ μὲν θαρρῇ, τὰ δὲ φεύγῃ

σωφροσύνη	*φρόνησις*	*δικαιοσύνη*	*ἀνδρεία*
Plut. *de virt. mor.* ἀρετὴ ἐπιθυμίαν κοσμοῦσα καὶ τὸ μέτριον καὶ τὸ εὔκαιρον ἐν ἡδοναῖς ὁρίζουσα	ἀρετὴ ποιητέα μὲν ἐπισκοποῦσα καὶ μὴ ποιητέα	κοινωνήμασι τε καὶ συμβολαίοις ὁμιλοῦσα τοῖς πρὸς ἑτέρους ἀρετὴ	—
	π. τύχης.		
τὴν εὐβουλίαν καὶ τὴν φρόνησιν ἐν μὲν ἡδοναῖς ἀγαθοὺς παρεχομένην ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην καλοῦμεν	—	ἐν δὲ κοινωνήμασι καὶ πολιτείαις εὐνομίαν καὶ δικαιοσύνην	ἐν δὲ κινδύνοις καὶ πόνοις καρτερίαν καὶ ἀνδραγαθίαν.

Vides igitur non solum verba Aristonis Plutarchei atque libelli *π. τύχης* consentire, sed etiam Aristonem Galeni cum Plutarcheo Zenone, quamquam magnum quoddam interest, quod in his omnibus recte servatur: de Zenone dicitur verbum *ὁρίζεσθαι*, ut sit virtus haec aut illa *ἡ φρόνησις*; de Aristone semper verbo *καλεῖν* utuntur: *νομίζει μίαν οὖσαν τὴν ἀρετὴν ὀνόμασιν πλείοσιν ὀνομάζεσθαι κατὰ τὴν πρός τι σχέσιν* (Galen. l. c.). Neque tamen ideo idem docet atque Megarici, qui habebant virtutem *μίαν πολλοῖς ὀνόμασι καλουμένην* (cf. Laert. Diog. VII, 161), id quod optime eis exemplis illustrari potest, quibus utitur Plutarchus de Aristone et Menedemo (qui idem de virtute atque Megarenses: *ὡς μιᾶς οὔσης καὶ χρωμένης πολλοῖς ὀνόμασι*). Hic enim dicit *τὸ γὰρ αὐτὸ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην λέγεσθαι καθάπερ βροτὸν καὶ ἄνθρωπον*, Aristo autem ita virtutes *τῷ πρός τί πως διαφόρους καὶ πλείονας, ὡς εἴ τις ἐθέλοι τὴν ὅρασιν ἡμῶν λευκῶν μὲν ἀντιλαμβανομένην λευκοθέαν καλεῖν, μελάνων δὲ μελανθέαν* et sic in libello *π. τύχης καλοῦμεν* legitur. Cum igitur intelligamus de principali argumento dubitari non posse, de singulis videamus. Atque Duemmler quidem explicaturus illam differentiam, quae inter definitiones libelli *π. τύχης* extat atque traditas Aristonis definitiones (p. 213 adn.), id

ipsum neglexit, quod Zeno non vocari diversis nominibus voluerit unam φρόνησιν, sed separari tres illius partes, atque cum argumentationis fundamentum nihil valeat, conclusio falsa est: „so kann recht wohl für einzelne wirkungskreise ein besonderer name existieren, für andere aber nicht.“ Praeterea quorsum tandem definitur notio quaedam, i. e. certis finibus circumscribitur, si licet hos fines prout libet extendere atque coarctare? Ut igitur dicam quid sentiam, non interpretandas esse censeo definitiones, sed primum quaerendum, num omnino ut traditae sunt ab eo profectae esse possint, cui adscribuntur: id quod de his equidem plane nego. Cognovimus enim ita omnia praeter virtutem atque vitium ἀδιάφορα esse docuisse nostrum, ut omnes res non per se malas aut bonas esse diceret, sed de suo hominem, qui eas acciperet, bonum aut malum inferre: non igitur ut Antisthenes ἀδοξίαν dicebat bonum esse, sed — ut exemplum tibi proponam quod ipso eius nomine fertur — dicebat (Stob. flor. 94, 15): *ὡς τὸν αὐτὸν οἶνον πίνοντες οἱ μὲν παροινοῦσι, οἱ δὲ πραΰνονται, οὕτω καὶ τὸν πλοῦτον* .. — reliqua non exscripsit qui illa ὅμοια e libris Aristonis excerpsit, sed facile suppleri possunt — alteri in bonum, alteri in malum convertunt. Quomodo igitur hic poterat dicere *ὅταν αἱρεῖσθαι τε δέῃ τἀγαθὰ καὶ φεύγειν τὰ κακά* aut *ὅταν πράττειν μὲν τἀγαθὰ καὶ μὴ πράττειν τὰ κακά*? Sed neque quomodo φρόνησις apud Plutarchum definitur — quamquam hic de malis bonisque non loquitur — et ad σωφροσύνης atque δικαιοσύνης definitiones quadrat et ad universam Aristonis indolem, qui nusquam certis formulis quidquam descripsit, sed quantum fieri posset rationi campum dedit: propterea repudiabat praeceptivam philosophiae partem[1]), propterea negabat domum et patriam esse, dicebat nominari uniuscuiusque, propterea denique certam bonorum et malorum normam statuere

1) Cf. praesertim Sen. ep. 94, 2 sqq. — Ad Aristonem quoque redeunt quae Seneca ep. 71, 2 sqq. exponit: *non disponet singula, nisi cui iam vitae suae summa proposita est.* Cum enim omnino similitudines, quibus haec explicantur, Aristonem redolent (pictoris [cf. π. τύχης c. 4 p. 99 A sqq.], nautae), tum ad verba quaedam consentit exemplum eius *qui sagittam vult mittere* cum similitudine eius *qui iaculari discit* Aristonis nomine notata ep. 94, 3.

nolebat. Contra duae illae definitiones et eae quae in commentario *π. τύχης* extant optime ad hoc Aristonis ingenium quadrant, quibus addas Galeni unam *δικαιοσύνης*.

Cum igitur utramque *φρονήσεως* definitionem non ab Aristone profectam esse cognoverimus, manifestum est eum omnino non *φρόνησιν* definivisse eodem modo quo reliquas virtutes, sed proprio in loco eam habuisse. Accedit et quod in ea re, quae communis sit omnium virtutum, Galenus et Plutarchus non inter se consentiunt, cum alter *ἐπιστήμην* eam esse dicat, alter *ἀρετήν* — scilicet illud, ut duae illae definitiones quoque, secundum Stoicorum definitiones fictum est (cf. Zeller III, 1 p. 238), hoc tam vile, ut genuinum id non dixeris[1]) —, et quod in eis quae Aristonis esse alia via demonstravimus *λογισμόν*, *νοῦν*, ipsam *φρόνησιν* magni momenti esse vidimus. Unum solum locum in mentem tibi revocem, qui ita tantum omnino sanum sensum praebet, illud *ἀνθρώπου δ' οὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος εὐδαιμονίαν, ὥσπερ οὐδ' ἀρετὴν οὐδὲ φρόνησιν* (*π. φυγ.* c. 17): nam si *φρόνησις* una est virtutum, plane sensu caret negare, et virtutem et unam virtutum nobis auferri posse: contra recte negatur exilio felicitate eum privari qui virtutem habeat, cum prudentiam habeat, omnis virtutis fontem.[2])

2. Cum igitur ita Duemmleri sententiam recte se habere appareat, eodem modo aliam Plutarchei libelli partem ad Aristonem referri posse arbitror. In commentationis enim illius

---

1) Quamquam non id dico, has notiones alienas fuisse ab Aristone: tamquam secundo loco eas habuit; cf. Sen. ep. 31, 6; *π. φυγ.* c. 17.

2) Ad Aristonem redire puto ea quibus Sen. ep. 76 exponitur unum esse bonum quod honestum, quae his comprehenduntur: *haec ratio perfecta virtus vocatur eademque honestum est* (§ 10). Singula nunc non moror; cf. modo ad comparationem hominis et animalium (§ 8 sqq.) *π. τύχης* c. 3 p. 98 D sq.; annota verba illa (§ 18) *omnes actiones totius vitae honesti ac turpis respectu temperantur*. Cf. etiam Hor. ep. I, 2, 17 — de qua in universum vide Heinze in Mus. Rhen. —:

Rursus quid virtus et quid sapientia possit
Utile proposuit nobis exemplar Ulixen,

ut primae epistulae versus (41 sq.)

Virtus est vitium fugere et sapientia prima
Stultitia caruisse

cum loco illo Annaeano comparari possunt (ep. 31, 5. 6).

inscriptae *quom. adol. poet. aud. deb.* cap. 11 (p. 31 F sqq.) postquam exemplis demonstravit, quomodo alii ad physica, alii ad dialectica Homeri versus referrent, cum dicit: *βέλτιον δὲ ταῦτα τοῖς γραμματικοῖς παρέντας ἐκεῖνα μᾶλλον πιέζειν, οἷς ἅμα τὸ χρήσιμον καὶ πιθανὸν ἔνεστιν* ad moralem philosophiae partem transit, atque primum virtutem doceri posse Homeri versibus probat velut illo

Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλός (Z 444)

(ut saepius in Aristoneis leguntur talia: *ἀνθρώπῳ χρῆσθαι μεμαθηκότι π. φυγ.* c. 7; cf. *de v. et v.* c. 4; Heinze l. c. p. 517). Tum e versibus, quorum altero de Neptuno et Iove dicit poeta

Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ἤδη (*N* 355),

efficitur, eum putare *θειότατον . . . τὴν φρόνησιν καὶ βασιλικώτατον, ἐν ᾗ τίθεται τὴν μεγίστην ὑπεροχὴν τοῦ Διός, ἅτε δὴ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἕπεσθαι ταύτῃ νομίζων.* Quae in sequentibus de singulis virtutibus exponuntur: recte dici non mentiri eum qui *μάλα πεπνυμένος* sit (*γ* 20. 328), recte vituperari Antilochum a Menelao, quod qui *πρόσθεν πεπνυμένος* fuerit tunc equis nocuerit (*Ψ* 570), Glaucum ab Hectore, quod *τοῖος ἐὼν ὑπέροπλον* dixerit, quem crediderit *περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων* (*P* 170), *ὡς οὔτε ψευδομένων τῶν φρονίμων οὔτε κακομαχούντων ἐν τοῖς ἀγῶσιν οὔτε παρ᾽ ἀξίαν ἑτέροις ἐγκαλούντων*, id quod iustitiae nomine comprehenditur; contra Pandorum *διὰ τὴν ἀφροσύνην τὰ ὅρκια συγχέαι.* Similiter poeta *τῇ φρονήσει τὴν τοῦ σωφρονεῖν αἰτίαν ἀποδίδωσιν*, cum Anteam non seducere potuisse dicat

ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα Βελλεροφόντην (Z 162)[1]),

et Clytemnestram primum restitisse Aegistho adiciens: *φρεσὶ γὰρ κέχρητ᾽ ἀγαθῇσιν* (*γ* 265). Contra fortitudo non ad prudentiam, sed ad temperantiam refertur: *ἀνδρείους ἔοικε ποιεῖν τοὺς σώφρονας διὰ τὸ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰς ἡδονὰς δυναμένους ὑπερβαίνειν καὶ τοὺς κινδύνους ὑφίστασθαι*

1) Idem Bellerophon exemplum est *σωφροσύνης* in libello *de curios.* c. 9, quem ad locum conferas definitionem huius virtutis in commentatione *π. τύχης* servatam; v. etiam c. 14, ubi eadem notio *σωφροσύνη* subest.

propterea opinor quod versus non extant, quibus fortitudinis fontem prudentiam esse probari possit: atque omnino dubites, num haec in principali fonte extiterint, cum non respondeant eis, quibus omnis hic locus concluditur: *πάντων οὖν ἀναγομένων εἰς τὴν φρόνησιν ἀποδείκνυται πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἐπιγιγνόμενον ἐκ λόγου καὶ διδασκαλίας.* Aristonis autem quin haec omnia sint nemo dubitabit, praesertim cum etiam singula uniuscuiusque virtutis officia cum definitionibus illis optime consentiant.

Sed alter etiam extat locus in hoc libello, qui in illa *π. τύχης* commentatione occurrit: eodem enim modo cap. 6 utriusque commentarii (p. 23 E et p. 99 F) ille versus, quo Prometheus Epimetheum adhortatur:

μήποτε δῶρα
Δέξασθαι πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν,

ita explicatur, ut Iovis dona *τὰ τυχηρά* accipiantur, atque propterea recte se habere dicitur, quod horum *κτῆσις ἀνόνητός ἐστι τοῖς χρῆσθαι καλῶς μὴ δυναμένοις*, id quod bis eisdem exemplis divitiarum, matrimonii, magistratus probatur.

Quae ratio alii quoque loco subest c. 14 p. 36 C sqq., quem iam supra commemoravimus, ubi id boni inesse carminibus exponitur, quod *προανοίγει καὶ προκινεῖ τὴν τοῦ νέου ψυχὴν τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγοις.* Totum enim hunc locum, non solum explicationem illorum tragoediae versuum ad Aristonem redire puto: nam quod illis *ὧν ἤκουε τῆς μητρὸς ἀεὶ καὶ τίτθης καὶ νὴ Δία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ* opponuntur *ἀντίφωνα τῶν φιλοσόφων*, in memoriam revocat Aristonem, qui sustulit *τὸν παραινετικὸν καὶ ὑποθετικὸν λόγον· τούτους γὰρ εἰς τίτθας καὶ παιδαγωγοὺς πίπτειν.*[1]) Accedit quod ei qui e nutrice non statim philosopho traduntur, comparantur cum eis qui *ἐκ σκότους πολλοῦ μέλλοντες ἥλιον ὁρᾶν* mixta in luce oculos ei assuescunt id quod eundem

---

1) Sext. adv. mathem. VII p. 193 B; cf. Sen. ep. 60, 1 (*etiamnunc optas quod tibi optavit nutrix tua aut paedagogus aut mater?*), ubi Aristonem indicant fortasse ea quae sequuntur: *quousque poscemus aliquid deos ita, quasi nondum ipsi alere nos possimus* cll. ep. 31, 5 et eis quae supra exposui p. 71; Hor. ep. I, 4, 8; Pers. sat. 2, 31 sqq.

Aristonem resipere videtur, qui complures de oculis sumpsit similitudines (Sen. ep. 94, 5; cf. *π. φυγ.* c. 3 v. Heinze p. 522).[1])

Ut supra illa versus Hesiodei explicatione ita usus est Plutarchus, ut poetas non semper propriam verborum significationem intelligi velle demonstraret, ita idem explicatur *ἀρετῆς* et *κακίας* exemplis (p. 24 C sqq.). Quae cum per se sic inter se opposita Aristonem redolent, tum singula quaedam accedunt. *Ἀρετήν* enim proprie dici *περὶ τῆς ἀρίστης καὶ θειοτάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν* (cf. c. 11 *θειότατον τὴν φρόνησιν καὶ βασιλικώτατον*), *ἣν ὀρθότητα λόγου καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς νοοῦμεν* exponitur (cf. Galeni verba *μίαν εἶναι τῆς ψυχῆς δύναμιν ᾗ λογιζόμεθα*; *λογισμός* et *διάθεσις* in Aristoneis passim commemorantur), contra in versu illo

Ζεῦς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε (*Υ* 242)

non proprie intelligi posse virtutem: non enim *ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι τὴν φρόνησιν αὔξειν ἢ κολούειν* (cf. s. p. 73; idem igitur plane *ἀρετήν* et *φρόνησιν* esse ponitur). Similiter eadem de *κακίᾳ* exponuntur; omnia autem arte inter se cohaerere vel ex eo apparet, quod eaedem semper notiones redeunt (*δόξας καὶ δυνάμεις* vel *τὴν εὐδοξίαν καὶ τὴν δύναμιν* p. 24D; eaedem una cum *εὐτυχίᾳ* ib. E; priores illae duae p. 25 A) ut etiam propriis verbis haec particula inducitur (*σφόδρα δὲ δεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὀνόμασι προσέχειν* . .).

Idem videas licet in cap. 13 p. 35 A fieri verbis hisce: *τοῦτο δ' ἡμᾶς εὐθὺς ὑπομιμνήσκει τὸ παράδειγμα τὸ τοὺς ψόγους ἀποθεωρεῖν καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐν τοῖς Ὁμήρου μάλιστα ποιήμασιν.* Ubi Aristonem resipiunt quae deinceps sequuntur: *ἔμφασις γὰρ γίγνεται μεγάλη τοῦ τὰ σωματικὰ καὶ τυχηρὰ μὴ μεγάλης ἄξια σπουδῆς νομίζειν*, quod et in laudibus et in vituperationibus observatum esse exemplis probatur, postremo Thersitis, qui ab Ulixe *οὐ χωλὸς οὐ φαλακρὸς οὐ κυρτός, ἀλλ' ἀκριτόμυθος λοιδορεῖται.* Nonne haec in memoriam tibi revocant illa quae supra Bionis esse vidimus et in *π. φυγ.* libello (c. 17) et in commentatione *de cap. ex inim. util.* c. 4 p. 88 C (cf. supra p. 39)?

1) Addenda iam erit similitudo quae *π. πολυπραγμ.* c. 4 servatur simillima illius e libello *quom. adol. poet. aud. deb.* allatae.

3. Ut in his de rebus externis bona corporis animo opposita sunt, ita id ipsum, ut has duas hominis partes compareț inter se, sequitur alius Plutarchi libellus, cuius principia non minus in Aristonem redire puto, nimirum ille, quo quaeritur *πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα*. Quae cum omnino optime quadrent in Aristonem, qui saepissime animi mala corporis morborum similitudine illustrat[1]), qui *μίαν ἀρετὴν ἐποίει καὶ ὑγίειαν ὠνόμαζε* (Plut. *de virt. mor.* c. 2), tum singula cum Aristoneis consentiunt.

Ut hic dicit *σῶμα καὶ ψυχήν* discernenda esse, *οὐκ ἀχρήστως ἀλλὰ καὶ πάνυ δεόντως*, sic ita eum revera distribuisse supra vidimus et *π. εὐθυμ.* c. 17 et *π. φυγ.* c. 1 (cf. p. 59); ut saepius, ita haec quaestio sic instituitur ut inquiratur *πότερον διὰ τὴν τύχην ἢ δι' ἑαυτοὺς ἀθλιώτερον ζῶμεν* (cf. *an vitios. ad infel. suffic.*: ita enim explicandum esse puto, quod Bioneo colore hic libellus tinctus est, ut ad Aristonem redeat; iam Hense adnotavit: „denique non dubito quin veteri stamini fila intertexta sint recentiora"). — In cap. 2 fabula enarrata (cf. Hor. ep. I, 1, 70sqq.) exponitur corpus excipere morbos extrinsecus: intus autem habes *ποικίλον τι καὶ πολυπαθὲς κακῶν ταμιεῖον .. καὶ θησαύρισμα* (haec Democriti sunt), .. *οὐκ ἔξωθεν ἐπιρρεόντων ἀλλ' ὥσπερ ἐγγείους καὶ αὐτόχθονας πηγὰς ἐχόντων, ἃς ἀνίησιν ἡ κακία*, ut *π. εὐθυμ.* c. 4 *τὴν πηγὴν τῆς εὐθυμίας ἐν αὐτοῖς οὖσαν ἡμῖν* dicit. Aristonis est, quod *ὁ λογισμός* corporis morbos cognoscere dicitur, non animi mala *συννοσῶν αὐτὸς οὐκ ἔχει κρίσιν ἐν οἷς πάσχει· πάσχει γὰρ ᾧ κρίνει*. C. 3 idem Orestis Euripidei versus (258) laudatur qui *π. εὐθυμ.* c. 2; c. 4 similitudo de navi quae hieme iactata *καθορμίσασθαι* non potest sumpta complures Bioneos Aristoneosque locos in memoriam revocat, praecipue vero homo, qui non potest *ἐπιστῆσαι .. τὸν λογισμόν, ἀλλὰ ἀκυβέρνητος καὶ ἀνερμάτιστος* naufragium facit, illud (*π. φυγ.* c. 7 p. 601 E) *μόνον ἔχειν δεῖ πρὸς τούτοις νοῦν καὶ λογισμὸν ὥσπερ ἄγκυραν καὶ κυβερνήτην, ἵνα παντὶ χρῆσθαι λιμένι προσορμισθεὶς δύνηται.*

---

1) Novas animi et corporis malorum comparationes affert Hense l. c. p. 544. 550.

Accedit quod ibi similia inveniuntur, ubi alia quoque Bionea vel Aristonea subesse vidimus: locum epistulae Annaeanae iam supra (p. 79) comparavimus, item illud *ἐκ τῆς ἐπιστολῆς περὶ φιλίας.*[1]) Aliud quoddam in Horatio occurrit. Ut enim apud Plutarchum aegrotum cognoscere morbum, medicum arcessere, huic curandum se tradere exponitur, *τῆς δὲ μαινομένης Ἀγαύης ἀκούεις ὑπὸ τοῦ πάθους τὰ φίλτατ' ἠγνοηκυίας·*

Ἄγωμεν ἐξ ὄρεος ἕλικα
Νεότομον ἐπὶ μέλαθρα
Μακάριον θήραμα,

ita Agaues exemplo refellitur Horatius a Damasippo, qui propterea se insanire negat, quod sanus sibi ipsi videatur (Sat. II, 3, 303 sq.):

Quid? caput abscissum manibus cum portat Agaue
Gnati infelicis, sibi tum furiosa videtur?

In quibus quod diversus esse videtur huius exempli usus, ita explicandum est, ut in loco Plutarcheo non simpliciter Agaue statum suum non intelligere dicatur — id quod sensus flagitat, cum hoc exemplum aegroti condicioni respondere debeat — sed versibus illis Euripideis statim id probetur.

4. Cum vero ad satiram illam Horatianam Heinze adnotaverit „nescio an plura hic debeat Bioni“, unum saltem locum praeterea ad Bionem redire vel secundum Bionis quaedam formatum esse demonstrare posse mihi videor. Inter alios enim insanos amans inducitur; amare puerilius esse, quam barbatum ludere puerorum in modum affirmatur (v. 251):

Nec quicquam differre utrumne in pulvere, trimus
Quale prius, ludas opus an meretricis amore
Sollicitus plores.

---

1) Cuius cum complures servaverit Stobaeus reliquias, cognoscas licet, eam praeter satis vilia nonnulla ad nostram rem quae pertineant continere. Velut quod *ἀρετὴν τοῖς πᾶσιν μᾶλλον εὐκτέον ἢ πλοῦτον ἀνοήτοις σφαλερόν* dicit, et *ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει* (Stob. flor. 94, 31; III p. 197 Mein.). Turpibus divitiis paupertatem praeferendam esse similiter probatur 97, 20 (III p. 210 Mein.: *εἴ γε μὴ τῶν τότε* (*πότε vg.*) *Ἀθηναίων ὁ πλουσιώτατος ἀμείνων ἦν Ἀριστείδου καὶ Σωκράτους ἐν πενίᾳ τῆς ἀρετῆς. ὁ δὲ πλοῦτος ἐκείνου αὐτὸς καθ' αὐτὸν* (*αὐτοῦ καὶ αὐτὸς vg.*) *ἐξίτηλός τε καὶ ἀνώνυμος*) atque in Teletis *π. πενίας καὶ πλούτου* commentatione (p. 36, 9 sqq.). Denique in extremo loco Stob. ecl. II, 31, 82 W servato de *παιδείας* utilitate agitur.

Exemplo est Phaedria ille, quem a Thaide sua exclusum primum, deinde revocatum facit in Eunucho Terentius, quod pro Graeco aliquo reposuisse Horatium et per se verisimile est et Ciceronis exemplo probatur (cf. s.). Atque profecto extant loci complures, ubi idem exemplum Thrasonidis illius *Μισουμένου* Menandri[1]) affertur talibus in scriptis, quae iam Bionea reddere vidimus. In libro enim *π. φιλοπλουτίας* c. 4 p. 525 de eo qui non utitur eis quae habet, dicitur *ἐν τοῖς Θρασωνίδου κακοῖς ἐστιν·*

παρ' ἐμοὶ γάρ ἐστιν ἔνδον, ἔξεστιν δέ μοι
καὶ βούλομαι τοῦτ' —
ὥς ἂν 'ἐμμανέστατ' ἐρῶν τις'
— οὐ ποιῶ δέ.[2])

Simili e fonte fluxerint, quae leguntur in Epict. diss. IV, 1, 19 sqq., ubi de Thrasonide exemplum sumitur servitutis hominum ita ut totius fabulae materia delineetur[3]): *τάλας* — sic enim vituperatur — *ὅς γε καὶ παιδισκαρίου δοῦλος εἶ καὶ παιδισκαρίου εὐτελοῦς.* Neque mirum est, quod vel in Clem. Alex. Strom. 2, 15, 164 idem exemplum invenimus inter mulieres quas[4]) *ἡ ἐπιθυμία τραγῳδεῖ· τὸν γὰρ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλη σκηνή· παιδισκάριόν με, φησίν, εὐτελὲς καταδεδούλωκεν.*[5]) Contra Persius (V, 161 sq.) Horatium, non Graecum fontem sequitur, cum Menandri Eunuchi scenam pro Terentiana reponit. — Ceterum nescio an illud (v. 275)

Adde cruorem
Stultitiae atque ignem gladio scrutare

---

1) De hac fabula cf. Kock fr. com. IV.

2) Non difficile erat cognoscere verba *ὡς — ἐρῶντες* in metrum quadrare: difficilius sit explicare, quid sibi velit, quod Thrasonides dicit, se facere quod amore insanientes — nonne ipse *ἐμμανέστατ' ἐρῶν τις* est, cui comparatur dives ille? Id quod his verbis, ipsis e comoedia depromptis, optime sic significatur.

3) Similiter Oedipi fabula enarratur, ut *πολυπράγμονος* exemplum praebeat (*π. πολυπραγμ.* c. 14).

4) Eriphyles exemplum sollemne est; eis quae Wendland quaest. Mus. p. 19 adn. 1 collegit locis addas Musonii quendam qui servatur Stob. ecl. II, 31, 123.

5) A Cynicis etiam Stoici exemplum receperunt (Laert. Diog. VII, 130.).

— tale enim quicquam non extat in Terentianis — e Graeco fonte transtulerit Horatius: nam Thrasonides ille *ξίφος αἰτεῖ καὶ πρὸς τὸν ὑπ' εὐνοίας μὴ διδόντα χαλεπαίνει.*

5. Ceterum quomodo hic puerilia illa comparantur, similiter saepius ni fallor in Aristoneis pueruli adducuntur, ut nos non prudentiores eis esse efficiatur. Aristonis ipsius nomen praefixum legis illi similitudini in Sen. ep. 115, 8 servatae: pueris, inquit, *omne ludicrum in pretio est: parentibus quippe nec minus fratribus praeferunt parvo aere empta monilia: quid inter nos et illos interest, nisi quod nos circa tabulas et statuas insanimus carius inepti?* Simillimus est locus Plutarchei *π. εὐθυμίας* libelli (c. 8 p. 469) *ὥσπερ τὰ μικρὰ παιδάρια ἀπὸ πολλῶν παιγνίων ἂν ἕν τις ἀφέληταί τι καὶ τὰ λοιπὰ πάντα προσρίψαντα κλαίει καὶ βοᾷ*, ita nos si fortuna unum quoddam demit, reliqua quoque insuavia nobis reddimus. Contra tanquam exemplum nobis proponuntur pueri ab Horatio (ep. I, 1, 59) qui

ludentes „rex eris“ aiunt
„Si recte facies“.

id solum spectantes.[1]) Aristonem quoque fuisse puto qui similitudinem illam liberorum personis perterritorum, quem leviter descriptam legimus apud Platonem (*Phaed.* c. 24, *Crit.* c. 6), pertexerit atque posteris scriptoribus tradiderit, apud quos saepius legitur: velut de rebus, quae nobis accidant, apud Senecam (ep. 24, 13; dial. II, 5, 2; cf. etiam dial. XII, 5, 6: *tum inania et speciosa ac deceptorio fuco circumlita inveni, intra nihil habentia fronti suae simile*), et Epictetum diss. III, 22, 106; copiosius illustratum II, 1, 15), cum a genuina forma Aristonea proxime absit Plutarchi locus (*π. φυγῆς* c. 5: *ὧν δ' ἡ φύσις οὐδὲν ἔχει κακόν, ἀλλ' ὅλον καὶ πᾶν τὸ λυποῦν ἐκ κενῆς δόξης ἀναπέπλασται, ταῦτα δεῖ, καθάπερ τοῖς δεδοικόσι τὰ προσωπεῖα παιδίοις ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιοῦντες καὶ ἀναστρέφοντες ἐθίζομεν καταφρονεῖν*, sic adhibentes rationem illorum vanum aperire), de ira in Sen. dial. IV, 11, 2: cf. Clem. Alex. Paed. I, 33 p. 118 P).[2])

---

1) Recte Heinze cum hac parte comparat *π. εὐθυμ.* c. 19: cf. l. c. p. 520.

2) Quae de puerulis exposui gaudeo quod plane consentiunt cum eis quae Hense exponit l. c. p. 551. Addendi igitur locis a me collectis de personis M. Anton. XI, p. 3; de puerulis in universum Sen. dial. II, 12, 1.

6. Talem igitur per omnes has quaestiones Aristonis doctrinam accepimus, ut minime *ἀπάθειαν* illam amplexus esse putandus sit, quamquam id ipsum ut credas Ciceronis iudicio perducaris, qui omnibus locis de severa Aristonis disciplina loquitur. Nonne mirum esse videtur, quod eidem viro a discipulis Apollophane et Eratosthene *φιληδονία* crimini data est (Athen. VII, p. 281 c sq.)? Quod malignius ei exprobratum esse quamquam per se verisimile est, tamen dubitari non potest, quin fuerit, quod Eratosthenes diceret: *ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὴν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα καὶ ἀναφαινόμενον παρὰ τῇ ἡδονῇ*. Atque mihi quidem hic videtur cum hoc diceret eodem modo ut Cicero non satis intellexisse illius disciplinam: nam Aristoni omnino non opposita inter se erant virtus et voluptas, sed in voluptate ut in miseria id intererat, utrum virtutem an vitium probares; cur voluptatem evitaret, omnino plane nihil habebat, id quod confirmatur *σωφροσύνης* illa definitione, quae ei est virtus *ἐπιθυμίαν κοσμοῦσα καὶ τὸ μέτριον καὶ τὸ εὔκαιρον ἐν ἡδοναῖς ὁρίζουσα.*[1])

7. Ita autem si doctrinam Chii intelligimus, simillima est condiscipuli eius Herilli disciplina, id quod recte iam cognovisse videtur Saal, qui in animo habebat „de Aristone Chio et Herillo Stoicis commentationem“ conscribere, quamquam priorem tantum consilii partem persecutus est (Progr. Colon. 1852). Discrimen id est ut pro notionibus *ἀρετῆς* et *κακίας* Herillus induxerit *ἐπιστήμην* et *ἄγνοιαν*: ut igitur Aristo *τέλος* esse dicebat *τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν πρὸς τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας*, simile dixisse Herillum apparet si duo illa Laert. Diog. enuntiata coniungimus: Herillum *τέλος* esse dixisse *ζῆν ἀεὶ πάντ' ἀναφέροντα πρὸς τὸ μετ' ἐπιστήμης ζῆν καὶ μὴ τῇ ἀγνοίᾳ διαβεβλημένον* (VII, 165) et eum docuisse *τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας* (vel potius si ipsius verba restituere volumus *τὰ μεταξὺ ἐπιστήμης καὶ ἀγνοίας*) *ἀδιάφορα εἶναι*. Ad vitam igitur ut

---

1) Ipse Eratosthenes ne Phaeacibus crimini daretur nimia voluptas versum illum

ἢ ὅτ' εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα (ι 5)

correxit scribens

ἢ ὅτ' εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κακότητος ἀπούσης.

Cf. Kiessling ad Hor. ep. I, 2, 27.

Aristo retulit sua, non — ut e Ciceronis de eo iudicio colligas — finem dixit per se esse τrν ἐπιστήμην (cf. Zeller III, 1 p. 53 adn. 1). Atque ut Aristo, cum ad vitam virtutem referret, non certas in partes eam dividere poterat, sed eam per se ipsam differre κατὰ τὸ πρός τί πως ἔχειν docebat, ita Herillus, quippe qui cum Zenone τὴν ἐπιστήμην definiret ἕξιν ἐν φαντασιῶν προσδέξει ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου, non certum finem statuere poterat, sed κατὰ τας περιστάσεις καὶ τὰ πράγματ' ἀπαλλάττεσθαι αὐτό dicere debebat, id quod apud Laertium haud ita apte verbis ποτὲ δ' ἔλεγε μηδὲν εἶναι τέλος significari videtur. Optime autem cum his Herilli Aristonis illa comparari posse puto, quae Cicero de eo refert (*de fin.* IV, 43), eum non sustulisse quod appetendum sit, sed introduxisse, *quibus commotus sapiens appeteret aliquid: quodcumque in mentem incideret et quodcumque tamquam occurreret*, quae ut explicet recte affert Saal l. c. p. 35 locum Sexti Empirici (*adv. mathem.* XI, 64 sq.) ubi eadem fere verba sunt atque in Herilli illis: minime τινὰ μὲν εἶναι φύσει προηγμένα, τινὰ δὲ ἀπροηγμένα, ἀλλὰ παρὰ τὰς διαφόρους τῶν καιρῶν περιστάσεις. Ceterum exemplum quo haec illustrantur paulum detortum esse a Sexto puto: nam Aristo, opinor, non sapientem tali condicione proposita praelaturum esse morbum sanitati dixit — id enim parvi momenti erat apud eos qui non ex illius disciplina sapientes erant — sed unumquemque id facturum esse.

Ad haec ea quoque quae sequuntur apud Laertium referenda esse puto: διαφέρειν δὲ τέλος καὶ ὑποτελίδα· τῆς μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ σοφοὺς στοχάζεσθαι, τοῦ δὲ μόνον τὸν σοφόν, quae ita explicanda esse videntur ut ὑποτελίς sit id quod quaque in re finis est — hoc etiam is qui non est sapiens appetere potest — ut τέλος id quod in universum finis est, nimirum vivere referre ad vivere cum scientia sine ignorantia: sapiens enim singulas ὑποτελίδας uni illi τέλει subiunget.[1])

1) Similia iam Hirzelium suspicatum esse (*Unters. z. Cic. phil. schr.* II, 1 p. 49) monet Wachsmuth; cum vero fusius de his rebus disputare non in animo sit, pauca tantum adnotem ad ea quae vir doctissimus illo capite exposuit. Atque quod Ciceronis loco (de fin. IV, 40) se impediri affirmat, quominus hanc Herilli sententiam fuisse putet: „(in Herilli sapiente) könnten auch die ὑποτελίδες, obgleich sie nicht mehr

8. Cum igitur aliquid interesse videamus inter *ἀδιαφορίαν* Aristonis et *ἀπάθειαν* Stilponis aliorumque, tamen affinitas quaedam intercedere inter utrumque mihi videtur: commune enim utriusque doctrinae est, quod externis rebus sapientem non devinctum esse debere docetur: qua e cognitione alter colligit, sapientem eas omnino non sentire, alter, sapientem eas sibi subiungere debere. E diversis rursus in eo consentiebant, quod quae vulgo haberentur bona aut mala, non re vera (*φύσει*) bona et mala esse dicerent, sed tantum esse videri (*δοκοῦντα*). Similiter in aliis quaestionibus non multum inter se distant, id quod vel ex eo cognosci licet, quod Aristonis definitio virtutis et cum magistri et cum Megaricorum doctrina comparatur: ab illo sumpsit multitudinem virtutum, ab his unitatem virtutis; utrumque enim ita inter se confudit, ut unam virtutem quae quaque in re diversa esset efficeret. Neque enim mirum

herrschende zwecke sind, doch neben und unter dem eigentlichen *τέλος* eine gewisse bedeutung haben", Ciceroni de his philosophis disserenti fidem non habendam esse censeo, quippe quem satis leviter de eis iudicare manifestum sit ita ut in eorum doctrinas aut non ipse se insinuaverit, aut certe eas non intellexerit, velut hoc loco id tantum efficitur, eum minime cognovisse, qualis inter duo *ultima bonorum* Herilli intercedat ratio. Quod cum Hirzel ipse sensisse videatur, quoniam „Cicerone omisso" ad Diogenis locum transit, quem item sic illa Herilli verba explicari vetare putat, restat ut de hoc iam videamus. Ubi non multis opus est: actum enim est de eo, dummodo *ἀδιαφορίαν* Aristonis — quam Herillum recepisse ipse Hirzel arbitratur (p. 54) — recte eam intelligamus, quam modo exposuimus, cum vir ille doctissimus eam Ciceronem secutus interpretetur (cf. p. 57: während Aristons moralische theorie nur mit dem ideal des weisen beschäftigt war e. q. s.); sic enim ut similitudo, quam inter Herillum atque Aristonem intercedere Hirzel quoque recte vidit, explicationi illi obstet tantum abest, ut veram eam esse hac ipsa re confirmetur. Neque igitur opposita sunt inter se dicta illa duo de *τέλει* tradita, quae Hirzel in eis quae sequuntur satis artificiose inter se coniungere conatur (p. 51). — Contra ea quam veram putat vir doctus explicatio, „dass wenn man einmal zur höhe des weisen durchgedrungen ist, die früheren *ὑποτελίδες* nicht dem *τέλος* bloss untergeordnet werden, sondern überhaupt allen und jeden wert verlieren und gänzlich aufhören unser handeln zu bestimmen" una vocula ad irritum redigitur; sunt enim Diogenis verba haec: *τοὺς μὲν ὑποτελίδες καὶ τοὺς μὴ σοφοὺς στοχάζεσθαι, τοῦ δὲ* (sc. *τοῦ τέλους*) *μόνον τὸν σοφόν* — „*ὑποτελίδος* etiam qui non sunt sapientes appetunt": nimirum praeter sapientem.

est, quod Megaricos adiit Aristo: nam Cynici certam virtutis notionem non circumscripserant, Stilpo autem in ethica philosophiae parte Cynicos secutus erat; quid igitur facilius quam ut ad Cynismum vergens ille Stoicus a Megaricis virtutis notionis aliquid mutuaret. Ut vero aliquo modo in summis consentire videamus Aristonem et Stilponem, ita singula Megarici in sua Stoicus recepit, id quod accuratius persequi cum in animo nunc non sit, id tantum adnotaverim, sic explicandum esse mihi videri, quod communia quaedam sunt utriusque (cf. s. p. 59; π. εὐθυμ. c. 6 p. 468 A; c. 7 p. 468 D; Heinze p. 509).[1])

Primus igitur atque postremus illius seriei recentioris Cynismi philosophorum, per quos supra nostram rem persecuti sumus, artius inter se cohaerent atque denuo primi fontis scatebris renovatus rivulus ille posteriore aetate effluens multorum libros irrigat atque animos.

---

1) Quamquam aliis locis Stilponea per Bionem in Aristonea influxisse exemplo probari posse puto quod extat in libelli π. φυγ. c. 4 p. 600 B. Cum enim in sententiarum nexu ad Stilponem ni fallor redeunte in Sen. ep. 63 (cf. § 8: *cogitemus quam saepe illos reliquerimus* [*amicos* scil.] *in aliquam peregrinationem longinquam exituri, quam saepe eodem morantes loco non viderimus* et Tel. π. ἀπαθ. p. 47, 16: *ἔπειτα δὴ καὶ ἀποδημοῦντος αὐτοῦ χρειῶν στερηθήσῃ καὶ στρατευομένου ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ πρεσβεύοντος καὶ ἱερεύοντος καὶ ἀρρωστήσαντος καὶ πρεσβυτέρου γενομένου*) haec legantur (§ 11): *siquis despoliatus amissa tunica complorare se malit, quam circumspicere quomodo frigus effugiat et aliquid inveniat, quo tegat scapulas, nonne tibi videatur stultissimus?* quae simillima sunt similitudinum ibid. p. 45, 17 sqq. allatarum (cf. p. 46, 6: *ἀλλ' ἐπὶ μὲν τούτων εἴ τις οἴοιτο οὕτως, μαργίτης*) in illo π. φυγ. loco mihi his „nova et florida vestis" induta esse videtur more Bioneo:

Τὸν Δία δὲ πῶς ὕοντα; τὸν βορέαν δὲ πῶς

(*ἀμυνώμεθα* scil.); *πῦρ ζητοῦμεν, βαλανεῖον, ἱμάτιον, στέγην* (cf. c. 17 quam uni Stilponis *μετοίκῳ* adiecit seriem; v. s. p. 39)· *καὶ γὰρ οὐχ ὑόμενοι καθήμεθ' οὐδὲ κλαίομεν* (id quod sententiam nostram confirmat s. p. 18 positam, hanc formulam iam Stilponis esse).

Index rerum.

Index locorum tractatorum.